Doppio







MANVALE
QVALIFICATORVM S. INQVISITIONIS,

IN QVO OMNIA, quę ad illud Tribunal, ac hæreſum cenſurã pertinent, breui methodo adducuntur.

AVCTORE

Ad. R. P. F. IOANNE Alberghini Panormitano, Tertij Ordinis S. Franciſci Regularis obſeruantię,

S. T. D.

ac S. Officij Regni Siciliæ Qualificatore.

R: 7 –





MANVALE QVALIFICATORVM SANCTISS. INQVISITIONIS,

IN QVO OMNIA, QVÆ AD ILLVD TRIBVNAL, AC HÆresum censuram pertinent, breui methodo adducuntur.

EPISCOPIS INQVISITORIBVS, EORVM Ministris, Theologis, Consultoribus, Cõfessarijs, & Iuris Consultis perutile, & necessarium.


AVCTORE AD. R. PATRE FRATRE IOANNE Alberghini Panormitano, Tertij; Ordinis Sancti Francisci Regularis Obseruantiæ S. T. Doctore, ac Sancti Officij Regni Siciliæ Qualificatore.

Cum duplici Indice, vno Capitum, altero rerum, & verborum copiosissimo.



PANORMI, Apud Decium Cyrillum. 1642.

Impr. Abbas Gelosus V. G. Impr. de Denti P.



Illustriss. & Reuerēdiss. Dominis


D. IOANNI DE TORrezilla.

D. DIDACO GARCIA de Trasmiera.

D. CONSALVO BRAuo Graxera.

IN SICILIAE REGNO APOstolicis Inquisitoribus à Consilijs Catholicæ Maiestatis.

F. IOANNES ALBERGHINI. F. P.



E QVID indecentius sit (Illustrissimi, ac Reuerendissimi Domini quorum tria sidera ad solem Iustitiæ aduigilantia, Sanctissimæ Inquisitionis radijs cunctam

illustrant Ecclesiam, eamquè omnimodà Hæresis vmbra, si fortè insurgeret, vsquè ad nihilum seuerissimè purgant) huc apud vos accedere tam paruulum munus exiguo elaboratum ingenio. Etenim si à Gigantæis cultis sinibus voluminum prodierit præsens hoc MANVALE, veluti Pigmæus, circa manus præ exiguitate versandum, ingentem sui virtutem non amisit. Parua sæpe grandia portendunt: à Tribus, quoniam ad vos tamquam ad Asylum properat, Virtutum sororibus erit custoditum, nimirum à Fide, quæ Crucem bracchijs ostentat, à Spe, quæ Oleæ ramulo uirescit, à Charitate, que flammeo Diuini Amoris gladio accendit, quamuis ferreo Iustitiæ iudicat. Noster ergò libel-

bellus Crucem hanc, dum Christianam fidem prosequitur, exoptat; sub isto Olearum ramulo, dum signum sacrę Palladis habetur, sibi tutelam ominatur; is deniquè gladius, dum in Hęresim pugnat, expetitur. Non alitèr ista sub Cruce, quam sub Christo Duce merebit. Hunc ille ramulus libellum sub spe eliciendi fructus Ecclesię cultoribus, proteget, & hunc tandem gladius ille pro dignitate defendet, eumdem librum, quandò euenerit, contra Maledicos, & Hæreticos in gladium conuersurus. Vos ergò Dignissimi, atquè Illustrissimi Pręsules, qui à me operam totius, sicuti causa curandam iniunxistis, hoc munusculum capite, & pro affectus effectu vestra Pietatis Lance non quantitatem,

ſed qualitatem perpendite, quæ, pro eo, ac debui de officio, gratificantis animi propenſionem conſideretis.



Ap-

Approbatio Reuerendiss. Domini Vicarij Generalis.

NOS D. IOANNES ANTONIVS GELOSVS

S. T. ac V. I. D. Protonotarius Apostolicus, Abbas Commendatarius Ecclesię Sancti Lucæ, Decanus, & Primus Canonicus Ecclesię Metropolitanę huius fel. Vrbis Panormi,

Et Eminentissimi, & Reuerendiss. D. Cardinalis Doria Archiepiscopi Panormitani in spiritualibus, & temporalibus Vicarius Generalis, &c.

Opus istud Manuale Qualificatorum, &c. inscriptum ab Adm. Reuerendo P. F. Ioanne Alberghini Panormitano, Tertij Ord. San.

San. Fran. Reg. Obser. S. T. D. ac San. Officij Regni Siciliæ Qualificatore, Prædicatore eximio, & in Theologica Scientia celeberrimo; à multis Theologis de Speciali nostro mandato reuisum, vt typis mandetur concedimus, in illo enim quasi in lucidissimo speculo quæ euitanda, quæuè pede inoffenso percurrenda sunt circa hæresum Censuram prospiciuntur. Datum Panormi in Edibus nostræ solitæ habitationis Die 8. *Februarij Anno Domini* 1642.

Abbas Gelosus V.G.



Facul-

Facultas Reuerendiss. Patris Generalis Tertij Ordinis Sancti Francisci.

F. FRANCISCVS GVASTAMILlius a Bononia; Fratrum Tertij Ordinis S. P. nostri Francisci Regularis Obseruãtię, Generalis, & Seruus.

CVM opus, cuius inscriptio est, Manuale Qualificatorum Sanctissimę Inquisitionis, ab Admodum R. P. M. Ioanne Alberghini, in Regno Siciliȩ Prouinciale, eiusdemquè Sanctissimi Tribunalis Qualificatore, elaboratum; de nostro mandato ab Admodum Reuerendis Patribus Patre Magistro Cęlidonio de Maria Prouincię Sicilie Discreto Prouinciale, ac Patre Magistro Petro Marganà eiusdem Prouincię stu-

ſtudiorum Regente, reuiſum, & iam approbatum fuerit; vt Pręlo mandari poſsit, ſi ijs, ad quos ſpectat videatur, harum ſerie facultatem concedimus; & impartimur. In quorum fidem pręſentes propria manu ſubſcriptas, & noſtri officij ſigillo munitas, emiſimus. Datum Panormi in noſtro Conuentu Sanctę Marię Miſericordię. Die 23. Nouembris Anni 1641.

F. Franciſcus Guaſtamilius Gener.

Locus ✠ Sigilli,

F. Cęlidonius Maria Proſecretarius.

PRAE-

NVsquam præ animo fuit, (Beneuole Lector) typis euulgare tractationes, ad Sanctæ Inquisitionis munus spectantes; cum satis multa per legerem a Doctissimis viris, per eruditissimos, absolutissimoquè commentarios de huiusmodi materijs, iam in lucem edita. Sed quædam, quę in Sacro Tribunali scitu sunt digniora, pro meæ imbecillitatis studio, ad nefaria Hæreticorum dogmata censuranda, perniciososquè errores confutandos, collegi; vt quæ pluribus in voluminibus ab alijs disputata sunt, ita paucis constringerem, quod mihi ad manus essent. Indè verò crebris diuturnisquè amicorum suasionibus permotus excitatusquè, ac quibus ad strictus sum, eorum deuictus iussioni-

nibus, ea communi luci committo; vt non solum ijs, qui ad Sacrum Inquisitionis Officium operam impendunt, pro institutionibus inseruire possint, verùm etiam, vt omnes Confessarij eadem præmanibus habentes, facillimè casus ad Sacrum fidei Tribunal pertinentes, præuidere, ac discernere queant. Faxit Deus, vt ad tuum, publicumque bonum id conducat, feratquè. Atquè nunc læto vultu, hilariquè animo excipias, rogo: ac ea, in quibus aliquid erroris inest, precor vt corrigas, dimittasquè. Deniquè cùm plurima irrepserint errata: Typographorum incuriæ scias tribuenda. Vale.

SE-

SERIES ALPHABETICA Auctorum, qui in hoc opere recensentur.

A

Adrianus Papa.
Alciatus.
Alexander de Neuo.
Alexander Carrerius.
Alexander de Angelis
Aloysius Turrianus.
Aloysius Riccius.
Aloysius Bariola.
Alphonsus de Castro.
Alphonsus Villadiego.
Alphonsus Tostatus.
Ambrosius Vignate.
Andreas Molsesius.
Angelus.
Anterus Papa.
Antoninus Diana.
Antonius Augustinus Tarraconensis.
Antonius Sanctarellus
Antonius Gomez.
Antonius Nouarinus.
Antonius Sousa.
Antonius Naldus.
Antonius Fernandez
Antonius Ricciullus.
Antonius Lazarius.
Aragonius.
Archidiaconus.
Areualus.
Aristoteles.
Arnaldus Albertinus.
S. Augustinus.
Augustinus Barbosa.
Augustinus de Ancona.
Augustinus de Anzela
Azeuedus.

B.

Baiardus.
Baldus.
Bartholomeus Spina.
Bartholom. Sybill.
Benedictus Pererius.
Bernardus Comensis.
Bernardus Diaz.
Berous.
Boerius.

S. Bo-

S. Bonauentura.
Borgensis.
Bossius.

C

Cæsar Carena
Calderinus
Campegius.
Cantera.
Cardinalis,
Cardanus.
Cardinal. Albenensis.
Carocius.
Cassanetis.
Chlictoueus.
Cicero.
Clementina.
Clemens Septimus.
Clemens Octauus.
Concilium Tridentinū
Concilium Constantiense.
Concilium Viennense.
Concilium Lateranēse
Concilium Toletanū,
Concilium Salegustodiense.
Concilium Nicenum.
Concilium Laudiense.
Concilium Grangrense.
Conciliū Epaunense.
Conciliū Braccarense.
Conciliū Bitterense.
Conciliū Maguntinū.
Concilium Romanum.
Conradus Vuulpina
Consales.
Cornelius à Lapide.
S. Cypirianus.

D.

Decianus.
Decius.
Don Didacus Garsia Trasmiera.
Didacus Couarruuias.
Directorium Inquisitorum.
Dominicus Sotus.
Dominicus Bannes.
Dominicus Grauina.

E.

Egidius Coninch.
Emanuel Rodriquez.
Emanuel moura.
Enrichez de Villalobos.

F

Fabianus Papa.
Felinus.
Ferdinandus de Castro Palao.
Fernandez de Heredia.
Fernandez de Ottero.
Floronus.
Follerius.
Franciscus Toletus.
Franciscus Pegna.
Franciscus Suarez.
Franciscus Torreblãca.
Franciscus Coriolanus.
Franciscus de Leone.
Franciscus Merolla.
Franciscus Bordonus.

G

Gelasius Papa.
Geminianus.
Gerson.
Gordonus.
Gondisaluus.
Gratianus.
S. Gregorius Papa.
S. Gregorius Nissenus.
Gregorius Nazianzenus.
Gregorius Turonensis.
Gregorius XIII.
Gregorius XV.
Gregorius de Valẽtia.
Grilandus.
Guido Fulcodius.

H

Hector de Guido.
Henrichez.
S. Hieronymus.
Hieronymus Cãpanili.
Hieronymus Llamas.
Hieronymus Rodriquez.
Hieronymus Trimarchius.
Hippolitus Riminaldus.
Homobonus de Bonis.
Hostiensis.
Hurtadus de Mendoza.

I

Iacobus Simanchas.
Iacobus grassius.
Iason.
Innocentius III.
S. Ioannes Chrysostomus.
S. Ioannes Damascenus.
Ioannes XXII.
Ioannes Lorinus.

Ni-

Nicolaus Liranus.
Nicolaus Garzia.
Nicolaus Arelaton.

O

Oldradus.

P

Paulus Papa IV.
Paulus V.
Paulus Layman.
Peregrinus.
Petrus Lorca.
Petrus Bellochius.
Petrus de Carcasona.
Petrus Dusina.
Petrus Binsfeldius.
Petrus Cæruleus.
Petrus Canisius.
Pius II.
Pius IV.
Pius V.
Platina.
Plinius.
Prosper. Farinacius.

R.

Raphael della Torre.
Rederichus Acunha.
Repertorium Inquisitorum.
Robertus Berlaminius,
Roffensis.
Romanus.
Rota Romana.

S

Salsedus.
Seraphinus Capponius
Seraphinus Freitas.
Sigismundus Scaccia.
Siluester Pierate.
Simon Maiolus.
Sixtus V.
Sixtus Senensis.
Sophronius.
Stephanus Papa.
Stephanus de Auila.
Stephanus Fagundez.

T

Theophilactus.
Theodosius.
S. Thomas.
Thomas de vio Caetanus.
Thomas Sanchez.
Thomas Zerola.
Thomas Triuisanus.

IN-

INDEX CAPITVM, Sectionum, & §§. quæ in hoc opere continentur.

De

An



D E

DE HAERESI
CAPVT PRIMVM.



1 ÆRESIS, græcè ab electione dicitur, vt auchor est Hieronymus in cap. 5. epist. ad Galat. & in c. 3. epist. ad Titum; Isidorus lib. 8. Ethymolog. c. 3. D. Th. 2. 2. quæst. 11. art. 1. & in cap. 3. epist. ad Titum; Alphonsus de Castro de iusta hereticorum punit. lib. 1. c. 1. Canus de locis Theologicis lib. 12. c. 8. *Repertorium* Inquisit. Verbo Heresis; & hanc ob causam Philosophorum opiniones; aut placita hereses interdum dicta sunt: quia eam quę sibi magis placebant, eorum quisq; sententiam eligebat. Sic. n. Cicero in paradoxis ait; *Cato in ea est hæresi, quæ nullum sequitur orationis florem*, heresim vsurpauit pro electione; quandoquidem talem dicendi stilum sibi Cato elegerat. Vide Farinacium de heresi quæst. 178. n. 41.

2 Nomen etiam Heresis interdum in sectam vertitur, vt colligitur ex quibusdam locis Noui testamenti ad Galat. 5. vbi Apostolus de operibus carnis loquens inter alia, recenset sectas dissentiones sectæ greca æditio, habet hereses, teste Cano, & Theophilactus in eum locum Pauli, ait: ponit & sectas, idest hereses. Et Actorum.

28. Iudæi cum Paulo inquiunt: *Nam de secta hac, notum nobis est, quod vbiq; ei contradicitur:* Hæresim autem vertit Græcus *Codex*, vt dicunt, Canus loc. cit. & Ioannes Lorinus in Acta Apostolorum, cap. 28. secta igitur, & Hæresis idem sunt, sed quemadmodum secta à sectando, sic Hęresis ab eligendo dicitur. Hinc est quod vsitato Ecclesię vocabulo, Hęresis, & secta semper in malam partem accipitur pro errore in fide, cum quis à communi Ecclesię fide sese iungit, priuatamq; opinionē eligens à Catholica Institutione discedit.

3 Sed quoniā Hęresis, & secta, electionē, & priuatam disciplinam significat, ideo Christianorum fides, & Euangelica doctrina propriè neque Heresis: neque secta vnquam est appellanda; siquidem eam non sequimur ex electione nostra nec enim commentum, aut inuentum nostrum est: sed Deo inspirante, & releuante ex traditione diuina accepimus, dicente Paulo prima ad Corint. 2. *Sermo meus, & prædicatio mea non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus, & virtutis Dei*; Fides ergo Catholica, nec Hęresis, nec secta vocanda est, quod si aliquando, eam initio nascentis Ecclesię in uenimus sectam fuisse appellatam, hoc à Iudæis fidei Catholicæ odio stimulati, opprobrij causa dictum fuit.

4 Hæresis igitur in malam partem sic accepta, communiter definitur: Error voluntarius, & pertinax contra Doctrinam, & veritatem fidei Catholicæ in eum, qui fidem susceperit, ita Canus lib. 12. de locis Theolog. cap. 8. Thomas Sanchez

lib. 2. Operis moralis cap. 7. num. 1. Suarez disp. 19. de fide, sect. 1. num. 5. & sect. 3. num. 8. Bonacina de censuris in particulari, tom. 3. disp. 1. q. 2. punct. 1. numer. 1. Beccanus in summa, par. 3. tract. 1. de fide, cap. 14. quæst. 1. n. 2. Farinacius de Heresi. quæst. 178. §. 1. Antonius Souisa in Aphoris. Inquisit. lib. 1. cap. 8. num. 1. Ferdinandus de Castro Palao. tom. 1. Operis moralis: tract. 4. disp. 3. punct. 2. num. 1. Stephanus Fagundez, in precepta Decalogi, precepto 1. lib. 1. cap. 10. num. 2.

5 Singulas definitionis partes expendamus. prima pars, quæ loco generis ponitur, est error Intellectus, quia Heresis est assensus falsus intellectus: patet, quia cum Heresis fidei apponatur, ergo si cut assensus fidei consumatur in aliquo iudicio intellectus, ita Heresis in intellectu, item & in aliquo illius iudicio completur.

6 Dicitur, Secundo Voluntarius, quia de ratione Heresis est, vt voluntariè fiat, quod in confesso est apud omnes scholasticos; & ratio est, quia de ratione fidei est, vt sit voluntaria, ita Heresis ei opposita, etiam ex voluntatis electione perficitur.

7 Tertio dicitur pertinax, per quod significatur: Heresim de bene esse errorem pertinacem; quandoquidem, nemo est verè hereticus nisi in suo errore sit pertinax, vt est communis Theologorum sententia: probat Coninch. de fide, disp. 18. dub. 7. num. 76. ex multis locis D. Augustini, Traditur etiam expressè in Clementina de Summa Trinitate. §. Porro. *Ibi, quisquis defendere, seu tenere pertinaciter præsumpserit*, & Clementi-

na vnica de. vsuris. S. vltimo: *Ibi pertinaciter affirmare.*

8 Vt autem plenius intelligamus, in quo hec pertinacia consistat; Animaduertendum est, quod huiusmodi pertinacia, non consistit in temporis diuturnitate, quo quis diù suæ adhæret opinioni, quia temporis momento potest Heresis crimen consumari ad instar aliorum peccatorum; quare de pertinacia fori externi loqui videtur Syluester verbo Heresis, quæst. 1. num. 5. cum Archidiacono, in quo si quis subito ab errore resipiscat non censetur pertinax: pertinacia n. non ita facile deponitur. Vide Sanchez loc. cit. & Fagundez loc. item cit. num. 17.

9 Dicendum verò est, ad pertinaciam, de qua loquimur, duo requiri. Vnum ex parte voluntatis, & est voluntas resistēdi, seu non subdendi suum Iudicium authoritati Ecclesiæ, & in tali voluntate, formaliter ipsa pertinacia consistit. Alterum requisitum est ex parte intellectus, & est aliqualis notitia tum Ecclesiæ, tum definitionis Ecclesie, quandoquidem si quis inuincibiliter ignoraret vel Ecclesiam, vel eius definitionem, nequaquam Hereticus esset, etiam si contra talem Ecclesiæ definitioné erraret, ita Fagundez loc. cit. num. 18. & 19. Et probari potest ex D. Aug. lib. 4. de Baptismo, contra Donatistas. cap. 16. docet. n. ex errore credentem, idem cum Fotino, tum primum esse hereticum, cum manifestata sibi, doctrina Catholicæ fidei, maluerit resistere, & illud, quod tenebat, elegerit. Requirit ergo S. Aug. cognitionem Catholice fidei ex parte intellectus, &

prauum

prauum affectum resistendi, ex parte voluntatis.

10 Quarto dicitur, contra Doctrinam, & veritatem fidei Catholicæ ad ostendendum, quo modo hæresis ab alijs erroribus distinguatur; puta in materia Physica, seu Methaphysica, &c. Sanchez, & Fagundez loc. cit.

11 Vltimo tandem dicitur in eo, qui fidem suscepit, ad differentiam Infidelis, qui hæreticus dici nequit, quamuis pertinax esset in materia fidei. Sanch. loc. cit. num. 1. requiritur ergo quod quis professus fuerit Catholicam fidem, vt hereticus censeatur. An verò sit necessarium fidem per baptismum suscipere infra dicemus, quod ad Heresim punibilem in foro externo baptismi susceptio requiritur, sed in foro interno hæreticus etiã est censendus, qui in fidem Christi credidit, & Christianam Religionem suscepit, & postea contra aliquem, articulum fidei culpabiliter erret. Coninch. disput. 18. citata, dub. 7. num. 77. Filliuccius, tom. 2. tract. 22. cap. 6. quest. 2. n. 137. & Fagundez. loc. cit. num. 27. & 28.

QVOTVPLEX SIT HÆRETICVS.

CAP. II.

1 HÆreticus, definiri potest, credens in Christum, & pertinaciter errans in aliquo fidei articulo, plures alias defitiones vide apud Alnaldum Albertinum in rubrica de

hæreticis in 6. quæſt. 13. num. 48. Farinaciũ: de hæreſi. quæſt. 178. § 1. num. 10. qui plures Doctores affert, & multas hæreſis deſcriptiones recenſet, quę quaſi in idem, quo ad reñ, coincidunt.

2 Communiter autem Hæreticus alius eſt internus, & mentalis, alius externus: Hæreticus internus, & mentalis eſt, qui hæreſim nulla externa voce, vel actione ſufficienter ſignificante exprimit. Filliucius tract. 22. cit. cap. 6. num. 180. Externus Hæreticus eſt, qui hæreſim animo conceptam externa voce, aliaue actione, mortaliter mala, aſſerit, aut profitetur. Circa quam diuiſionem, tres conditiones requiruntur, ex Filliuccio, num. 184 & Fagundez in præcepta decalogi, lib. 1. cit. cap. 11. num. 8. vt Hæreticus ſit externus. Primo vt ſignum externum ſufficienter: Hæreſim manifeſtet internã ita quod, ſi aliquis adeſſet, cognoſceret eum qui talia ſigna edidit, in tali hęreſi eſſe; ſecus autem ſi per actus indifferentes, manifeſtet hęreſim; vnde non poteſt dici hæreticus, ſi quis dum mente aſſentitur huic hęreſi, Deus nõ eſt Trinus, exterius verba proferret, dicendo: non eſt: quia malitia eſt ſolũ interna: Bannes, Ledeſma, Vaſquez, Sanchez, & alij apud Filliuccium num. 186.

3 Secundum requiſitum eſt, vt talis actus externus, ſit manifeſtatio internæ hæreſis præſentis; hinc non eſt hereticus externus, qui per ignorantiam, vel per Iocum fingit, vel dicit, ſe aliquando credidiſſe contra fidem. Ita Azorius, tom. 1. lib. 8. inſtitutionis moralis, cap. 10. Sanchez, & Vaſquez, apud Fagundez num. 15. Paulus Laymã

lib. 2.

lib.2. tract.1. cap.14 num. 2. quia adhuc ea verba non significant heresim presentem;limitant aliqui nisi fiat animo confitendi eamdem heresim, seu in ea complacendi.

4 Tertio requiritur, vt actus externus sit ex se malus, & mortalis; ex quo infertur, quod si expressio heresis oriatur ex bono affectu, vt consilij capiendi à Doctore, vel Confessario, vel illam in confessione aperiendi, non dicetur hereticus externus, Filliuccius num. 193 Fagundez num. 18. & alij apup idsos.

5 Item Heretici alij occulti, & secreti per accidens, alij sunt manifesti, sic Canoniste in caput super quibusdam extra de verborum significatione, Albertinus de agnoscendis assertionibus Catholicis, quæst.29. Locatus in Iud. Verb. Hereticus num 24. Franciscus Pegna ad Directorium cõm. 8. parte 2. Farinacius de Heresi, quæst. 185. num. 76. & sequentibus. Barbosa de potestate Episcopi, parte : Alleg. 40. num. 1. Manifesti heretici dicuntur, qui publicè contrà fidem Catholicã predicant, aut profitentur, seu defendunt eorum errores, vel qui coram Prelatis suis conuincti, vel confessi, vel ab eis iudicialiter condemnati super heretica prauitate, sic ad litteram respondit Summus Pontifex INNOCENTIVS III. cap. Ecclesie Tholosan, in cap. super quibusdam de verborum significatione, & docuerunt. Albertinus, Locatus, Pegna, & Farinacius loc. cit. Heretici occulti, & Secreti per accidẽs dicũtur ij qui heresim ita occultè commiserunt, vt Nullus hominum, eius testis esse potuerit. Fagundez in primum præcep-

tum Decalogi, lib 1. c. 11. n 5. Verſ. 2. queſtio eſt.

6 Inſuper hæreticus alius eſt affirmatiuus, alius negatiuus, Hereticus affirmatiuus ille eſt, qui errorem, quem habet in mente, verbo, aut opere oſtendit, & fatetur. Repertorium Inquiſitoru in verbo hæreticus, num: 15. & verſiculo; hereticus negatiuus. Farinacius plures referens de heresi queſt. 178 §. 1. num. 19. Negatiuus verò hæreticus dicitur ille qui legitimis teſtibus conuictus de hæreſi, conſtanter in negatiua perſiſtit, verboque Fidem Catholicam profitetur, pro teſtans ſe credere quod tenet, & credit Sancta Romana Eccleſia. Et hic hereticus negatiuus tamquam impœnitens, & verus hereticus pertinax Curię ſeculari tradendus eſt: cum ad Miſericordiam non admitattur, qui in ſua negatiua perſiſtit, extat deciſio Rotę Rom. deciſione 875. quam refert Simanchas, tit. 48. num. 25. de Catholicis Inſtitutionibus, & Pegna comm. 48. in 3. parte Directorij, num. 207. vbi teſtatur, hanc veram, & communem Doctorum ſententiam definitam, etiam in Concilio Bitterenſi, cap. 7. & 9. & in Concilio Nabonenſi cap. 26. nec non etiam in inſtructione Hyſpalenſi Anno Domini, 1484. cap. 14. quidquid in contrarium ſentiat Iulius Clarus in in prat. criminal. § hæreſis, n. 9 verſ. Et nota, in hoc propoſito, vbi dixit hanc opinionem ſemper ſibi viſam fuiſſe rigoroſam, & ante eum Boerius deciſ. 341. num. 4. in fine, Vide Suarium de fide diſputatione 23. ſect. 2. num 5. & 6 Fagundez in primum preceptum decalogi, lib 1. cap. 25. n. 4.

7 Verum, tamen eſt, quod, vt aliquis dicatur verè

rè hereticus negatiuus, & vt tamquam hereticus condemnari possit plura requiruntur, ex Ioanne Royas de heresi par 1. num. 84. Primo quod quis sit accusatus, & conuictus de vera, & formali heresi, non autem de assertione scandolosa, temeraria, aut blasphema.

Secundo, quod verba, vel facta hereticalia, sint clara, & certa, & non dubia, vel ambigua.

Tertio, quod crimen heresis per testes contestes, & omni exceptione, maiores, & non singulares conuincatur.

Quarto quod accusatus neget illud factum, vel verba hereticalia gessisse, aut dixisse, cum protestatione generali supradicta.

Quinto quod verba, seu factá, hereticalia fuerint prolata, & gesta de recenti, non autem de antiquo tempore, ita vt reus verisimiliter credatur, se non esse oblitum, illa hereticalia dixisse, & credisse, Vide Pegnam in Addictionibus ad Eymericum in Directorio. par. 2. qu. 34. comm. 59. vers. sed in hac quęstione vbi diclarat quanto tempore presumatur obliuio.

8 Et hec dispositio locum etiam habet, non solum in negatiuo qui negat omnes errores, quos commisit, sed etiam in illo qui diminutus est, quosdam confitendo, & aliquos tacendo dummodo de illis conuictus sit. Immò etiam in eo locum habet, qui licet omnes, & singulos proprios errores confiteatur, negat tamen, & nequit suos complices detegere, ita expresse Suarez de fide disput. 23. sect. 5. n. 6. Fagundez. loc cit. nu 6.

9 Ad hoc caput trahi potest illa difficultas, an

cen-

censendus sit hereticus, qui negaret prepositionẽ sibi à *Deo* priuatim ita reuelatam, vt nõ possit prudenter dubitare, quin ea reuelatio sit à *Deo*. Et respondetur affirmatiuè ita Ioannes Azorius, tom. 1. lib. 8 cap. 9 qu. 4. Suarez de fide disp. 19 sect. 5. num. 11. Conich. disp. 18. dub. 7. nu. 118. Sanchez lib. 2. cap 7. num. 32. alios referens, Sanctarellus de heresi, cap. 1. dub. 2. num. 9. & sequẽtibus contra Lorcam, qui contemnit, hunc fore temerarium, non hereticum, quandoquidem requirit ad hoc, vt aliquis dicatur hereticus, quod erret contra articulum fidei, quem Ecclesia docet siue, credit, sed esse illum hereticum; Ratio est, quia sic discredens, primam veritatem contemnit, & mendacem *Deum* facit. Verum tamen est, quod talis in foro tantum interno hereticus est, vt concludunt Suarez loc. cit. num. 10. Sanctarellus loc cit. Layman lib. 2. tract. 1. cap. 13. num 6. Castrus Palaus, tom. 1. tract. 4 disput. 3. punct. 2. num. 14 vers. Ceterum credo, sed in externo non est ab Ecclesia punibilis, nec incidit in excomunicationem, quamuis Bonacina de censuris in particulari, tom. 3. disp. 1. qu. 2. punct. 1 n. 4. ex doctrina Sanchez opinetur, hunc affici pœnis hereticorum.

10 *Denique* hic animaduertendum est, quod in decretis Conciliorum, determinantibus pertinentia ad fidem, quando ponuntur hec verba: Anathema sit, important hereticum esse, contra eam determinationem sentire. Ita Sanchez. lib 2. cap. 38. n. 91. multa exempla habes in Concilio Trid. maximè sess. 6. de iustificatione.

DE

DE APOSTATIS.
CAP. III.

1 QVoniā hęresis vniuersim accepta vlterius diuiditur in Apostasiā , & hęresim,magis pręsſé sumptam,ideò de Apostasia, & Apostatis erit hic agendum. Apostata enim vox Gręca est, latinè verò sonat defectio. Royas de hęreticis, part. 1. num.484. vnde Apostasia prout precisè fidei opponitur, de qua solum hic agimus, & vt ab heręsi distinguitur, definitur ab eodem Royas loc. cit. & Sousa, in Aphoris. Inquis. lib. 1. cap.8. num.11. *Temerarius à statu fidei Catholicæ recessus, taliter quod à fide Orthodoxa in totum recedat*, & à Toleto in Summa lib.4. cap.6. *Est error hominis baptizati siue Christiani, fidei Catholicæ ex toto contrarius.*

2 Hinc est quod omnes Apostatæ sunt heretici, non autem omnes hęretici, sunt Apostatę; Preterea grauius est crimen Apostasię, quam hęresis,quia qui plures articulos negat in fide,grauius peccat quam, qui pauciores, & qui omnes, cuiusmodi est Apostata, grauissimè peccabit, & plusquam hereticus presſè sumptus, qui aliquos tantum articulos negat. Quamobrem Apostata à fide ille dicitur, qui à tota fide Christiana recedens, adaliam sectam, puta Turcharum; vel Hebręorum, &c. se transfert, & in hoc differt ab hęretico, qui licet neget aliquos articulos, tamen in reliquis, & fidem retinet,& Christiani nomen, Farinacius de hæresi, qu.183. nu.16.

Apo-

3 Apostata dicendus est sacrificans Dęmoni, vel Idolis, & se tradens Dęmoni. Ita S. Thomas 2.2. quęstione. 12. art. 1. quantum ad Ecclesiam. Apostata dicitur etiam Christianus adorans sepulchrum Mahumeti. Farinacius de heresi loc. cit n. 17. Carena Consultor, & Auditor Fiscalis Sancti Offitij Cremonę, de modo procedendi in causis Sancti Offitij tit. 3. §. 1 n. 6. Ricciullus lib. 6. c. 2. n. 3. & alij. quo ad forum externum.

4 Apostata censendus pręterea est, qui se tradit Dęmoni, vel cum eo paciscitur, sciens illum esse Diabolum, Dei Inimicissimum, prout sunt Necromantici, vel Malefici, Incantatores, ex D. Th. et Farinacio relato.

5 Apostata iudicatur reiterans baptismum, quoniam vt Abbas ait in rubrica de Apostatis, videtur à priore baptismate recedere, ita Doctores Canonistæ in rubrica de Apostatis & reiterantibus baptismum, & Iuristę in lege 1. cod. Ne Sanctum Baptisma iteretur. Pegna. 1. p Direct côm. 1. & 3. Farinacius, quęst. 183. cit. n. 18. qui alios laudat.

6 Apostata item dicitur proficiscens ad Saracenos, seu Turchas, ex desperatione, vel libidine, & ibi seruante ritus Saracenorum, quantum ad Ecclesiam, & in foro externo, etiam quod in animo haberet fidem catholicam, & non esset verè hęreticus. Syluester verb. Apostata, n. 4. Farinacius, loc. cit. n 22.

7 Si quis verò captus à Saracenis, metu Mortis, vel tormentorum, fidem Christianam compellatur abnegare, & ad eorum ritus transire, sed cor-

corde, & animo fidem catholicam tenet, talis neque est hereticus, neque reconciliandus: sed in loco religioso; per aliquod tempus reponendus, & in fide orthodoxa instruendus; presertim si illo tempore, minor erat erat ętate quando captus à Saracenis fuit.

8 Apostata tandem existimatur, atque vt Apostata puniendus persuadens aliquem ad Apostã dum à fide L. Eum, qui. C. de Apostatis, & idem dicendum est de eo, qui impediat Iudęum voletem se baptizari. Farinacius loc.cit.n.21.

DE HAERESIARCHIS ET DOGMATISTIS. CAP. IV.

1 HÆresiarcha quis nam dicatur, & in quo ab heretico differat, tradit Repertorium Inquisit. in Verb. Hæresiarcha, per totum, & quo ad nominis Ethymologiam, Heresiarcha dicitur ab Heresi, & Archi, quod est verbum Grecum, significans principem, siue principium; & sicut Patriarcha dicitur princeps latrum; sic heresiarcha dicitur princeps hereticorum. Vnde Heresiarcha dicitur ille, qui gignit errorem. Item, qui docet errorem, quem ipse gignit, vel sequitur. Item, qui Publicè errorem defendit. Farinacius de heresi quęst. 178. §. 1. n. 15. alios referens. Eymericus in direct. Inquisit. p. 2. quęst. 39; & ibi. Pegna in Addict. Com. 64 & docet, quod Heresiarcha dicitur, non solum qui errores adinuenit & con-

& confixit, sed etiam, qui ab alijs iam inuentos, & confictos, alios docet, & sequitur Ludouicus à Paramo de Origine Sanctę Inquisit. lib. 3. quęs. 9. n. 134. & Carena de modo procedendi in causis S. Offitij tit: 1: §. 25. n. 128. & alij apud ipsum.

2 Inter Heresiarcham autem, & Dogmatistam est aliqua differentia; videlicet, quod hęresiarcha ille propriè dicitur, qui, & errores invenit, & alios docet. Dogmatista verò, seu Dogmatizans ille est, qui hęreses, & errores ab alijs inventos prædicat, & docet; quamquam Dogmatista dicatur etiam hęresiarcha, & eodem ferè modo cum vtroq; procedendum est, tamen hęresiarcha in primo gradu hęreticorum. Dogmatista verò in 2. collocatur. Ita Sousa in Aphoris. lib. 1. c. 9. n. 1. 2. & 3. ex cap. qui aliorum 24. quęs. 3.

3 Ad Heresiarcham, & Dogmatistam, tamen requiritur vt quasi ex officio, & consuetudine, publicè, vel occultè proprios, vel alienos errores doceat plures, siue simul, siue vnumquemq; in particulari, Ita Suarez de fide disp. 23. sect. 2. n. 11. apud Sousa, loc. cit. n. 4.

4 Hinc est quod hęresiarcha vel Dogmatista censendus est, qui quasi ex officio, & consuetudine hęreticos in suis erroribus confirmat: quamuis non doceat eos, quod antea ignorabant, siue verbis id faciat, siue scriptis, aut libris traditis, in quibus prędicti errores defenduntur. Et item, qui hęreticorum doctrinam defendit Cap. qui aliorum. 24 quæs. 3.

5 Hæresiarcha, & Dogmatista ille quoq; censendus est, qui similiter quasi ex officio, & consuetu-

suetudine, errores siue a se confictos, siue ab alijs inuentos per alios prædicat, & disseminat, verbis, vel scriptis: & etiam, qui libros hereticos componit, & diuulgat; quia hęc ad Magistrum spectare videntur cap. qui aliorum. cit. plura apud eumdem Sousam loc. idem cit.

6 Çirca hos Heresiarchas magna est inter Doctores dissentio, an scilicet absq; misericordia, etiam si conuerti velint, pro prima vice, tradendi sint Curię Secolari, quandoquidem, tradendos latissimè probauit Simanchas de Catholicis Institutionibus, tit. 47. rubrica de pænitentibus, & conuersis .n. 50. & pluribus sequentibus, & in Enchiridion violatę Religionis, tit. 59. rubrica de Dogmatistis, n. 1. & sequentibus. Royas in tractatu de hæreticis. p. 2. n. 339. et sequentibus, assertione. 43. At non esse Sæculari Curiæ tradendos contemnit Pegna in Addictionibus ad Eymericum in Directorio Inquisit. p. 2. quæst. 39. Com. 64. Vbi nonullorum Conciliorum veterum loca ad hoc adducit. sed pro vtraque sententia conci lianda plures distinctiones affert Farinacius de hæresi, quæst. 193. §. 1. n. 7. 8. 9 & 10. et sequitur Carena tit. 1. de hæresi §. 25. n. 129.

7 Et primo si Dogmatista, vel Hæresiarcha ab Inquisitoribus depræhensus statim pœnitens resipiscere, et abiurare cōsentiat, vt ique recipiendus est ad misericordiam. Si verò pertinaciter ab errore resilire noluerit, et tandem fortassis plus metu mortis, quàm veritatis amore conuertatur non facile est recipiendus, Eymericus in Directorio p. 3. rubrica de 8. modo termandi processum

fidei

fidei n. 9. 196. Farinacius n.8.cit. Sousa loc cit n. 14. Pater. Antoninus Diana meus Conciuis, & Consultor nostræ Siculæ Inquisitionis. 4. p. tract. 7. Resolut 23.

8 Secundo illi Hæresiarchæ, & Dogmatistæ, qui Regibus, Principibus, Reginis, aut eorum filijs, filiabusue, hæreses persuaserint, aut persuadere conati sunt nullo pacto ad misericordiam sunt recipiendi. Pegna in Addictionibus ad Eymericũ in Direct Inquisit. p.2.qu.39. Cõm.64 vers. postremo id mihi maximè probatur. Farinacius dicto. n. 9. Sousa n.15. Diana, loc. cit. Carena loc item cit.

9 Tertio si Hæresiarchæ, & Dogmatistæ eorum doctrinis nulli nocuerunt; & veræ pœnitentiæ signa ediderint, reconciliari possunt: secus verò si alios se duxerunt, Simanchas, loc. cit. n. 71. Pegna loc.cit.vers. Neque illis, Farinacius, n. 10. Sousa, n.16.& Carena, loc.cit.

DE DVBIO IN FIDE

C A P. V.

1 DVbius in fide ille est, qui circa res fidei per actum rationis in vtramq; partem contradictionis anxius existit, Dubitans autem in fide hæreticus reputatur, dummodò dubitet deliberatè & positiuè de illis credibilibus, quæ directè ad fidem spectant, & quæ quis explicitè scire tenetur: secus autem si dubitet de credibilibus indirectè ad fidem pertinentibus, & quæ explicitè credenda omnibus minimè proponuntur. Pegna in

in Addit: ad Eymericum in Direct: Inquisitorum. p 2.ad c.1.extra de hereticis, apud Farinacium de heresi q.178.§.4. n. 105. nisi admonitus in dubitatione pertinax fuerit.

2 Dubium in fide dicendum est, esse hereticum, si positiuè,& deliberatè dubitet de rebus fidei sibi sufficienter propositis: est decisio Textus in cap. 1. de hereticis, vbi ad litteram dicitur dubius in fide infidelis est. Neq; intelligi potest de Infidelitate negatiua, quia hec solum est in eo,qui fidem non recipit: qui autem baptizatus est infidelitatem negatiuam habere non potest, sed positiuam; quia non potest amitti fides,nisi per actum fidei contrarium. Idem probari potest ex Concilio Viennesi relato in Clementina 1. de summa Trinitate, & fide Catholica. §. porrò, vbi vertens in dubium, an Anima rationalis sit forma humani corporis, & in eo pertinaciter herens, hereticus censetur,eiusque doctrina inimica catholicę Religioni. Idemq; traditur in Concilio Lateranensi à Leone X. sess. 8.

3 Neque valet dicere hec decreta loqui de presumptione fori externi, quia non solum de dubitante, sed etiam de ipsa doctrina loquuntur supra dicta decreta,& dicunt esse contrariam catholicę fidei: At in doctrina non potest admitti presumptio, sed veritas, ergo &c.sic Suarez de fide, disp. 19.sect.4. n. 10. Coninch de fide disp.19.dub. 7. Concl:6 n 102: Farinacius de heresi quest.178. §. 4.n.90. innumeros referens,Barbosa de potestate Epis.p.2. allegat.40. n. 16. Layman, lib. 2 tract. 1.c.13.n.4. Castrus Palaus, tom.1 operis Moralis,

tract. 4. disputat. 3. puncto 2. n. 9.

4 Probatur etiam ratione, quia dubitans de fide, fidem destruit: hoc.n. necessario in homine fideli, firmitatem in credendo supponit, iuxta illud Athanasij in symbolo: Hęc est fides catholica, quam nisi quisque fideliter, firmiterque crediderit, saluus esse non potest, sed fides non destruitur, nisi per infidelitatem positiuam, ergo talis dubitatio hæresim continet Ita Castrus Palaus, loc. cit.

5 Hanc verò Assertionem, quod dubius in fide sit hereticus, limitat Sanchez lib. 2. c. 7. n. 12. dicens, quod vera non est quando intellectus talis dubitantis perpensis rationibus vtriusque partis, verè dubius & pendulus sit, nullumque iudicium formet: Quod si intellectus reflectat supra se suum actum dubitandi, iudicans illam rem fidei esse dubiam, aut esse sub opinione, tunc erit perfectè hereticus, quia tunc ultra dubium iam datur consensus, & iudicium intellectus, affirmantis rem fidei non esse certam, quod iudicium erroneum est, ac proinde heresis aperta. Portel in Dubijs Regularium verb. heresis. n. 5. vnde iste dicitur dubius volũtaria hæsitatione, vt notat Sousa in Aphor. Inquisit. lib. 1. c. 11. n. 8.

6 Dubius in fide ad hoc vt hereticus censeatur requiritur pertinacia, nec sit corrigi paratus, alias hereticus non est. Farinacius de heresi dicta quest. 178. n. 99. preterea vt dubius in fide hereticus reputandus sit, non solum si dubitet de tota fide (tunc enim non solum hereticus censendus est, sed & verius Apostata, iudicandus) verum etiam si dubitet in vno fidei articulo, vt puta, de Chri-

sti Diuinitate, de Sacramento Euchari\stiæ &c. quandoquidem tunc hæreticus reputari debet, quoniam discredens vnum articulum fidei, non habet fidē supernaturalem ex D Thom. 2.2. qu. 5. art. 3. Ita Farinacius loc. cit. num. 94.

7 Dubitãs voluntariè de aliquo articulo fidei sufficienter, & ad credendum proposito, est verus hæreticus. Coninch disput. 18. cit. dub. 7. num. 102. probat ex varijs iuribus.

8 Hinc est, quod contra huiusmodi de rebus fidei dubitantes procedit supremum Tribunal S. Romanæ Inquisitionis, vt testatur Pegna in cōm. 26. ad cap. 1. de hæreticis part. 2. in Directorio versiculo, cum itaque: vbi, ait, quod tales dubitantes abiurant, vt hæretici formales, idem refert Farinacius loc. cit. num. 107 Carena tit. 1. §. 3. num. 17.

9 Excipiendi tamen hic sunt, qui inter hæreticos nati, & educati, ortodoxam Religionem ignorant, his enim dubitare interim licet, donec instruantur, & argumenta, siue credibilitatem nostræ fidei rectè appræhendant, & colligitur ex D. Augustino Epist. 162. relato in cap. dixit Dominus. 24. qu. 3. & docet Valentia tom. 3. disp. 1. qu. 10. part. 4. Sanchez. lib. 2. cap. 1. nu. 8. Layman. lib. 2. tract. 1. cap. 13. num. 5. Ratio est quia dubitatio, & virtuale iudicium de incertitudine in talibus cum pertinacia iunctum non est.



B 2 DE

DE POENIS CONTRA HÆRETICOS IN IVRE STATVTIS. CAP. VI.


HÆreticorum pœnę ſunt in duplici differentia, quędam ſunt ſpirituales, & ſunt ſex. Prima, Excomunicatio. Secũda, Inregularitas. Tertia Priuatio dignitatum, & Beneficiorum. Quarta Priuatio omnis iurisdictionis. Quinta, Priuatio dignitatum in perſonis Eccleſiaſticis; quę ad preces hereticorum receperunt beneficia. Sexta, Priuatio Eccleſiaſticę ſepulturę. Alię ſunt pœnę ciuiles, & quatuor numerantur, Prima, Confiſcatio omnium bonorũ. Secunda, Liberatio ſubditorum à Iuramẽto fidelitatis. Tertia, Infamia. Quarta ſupliciũ capitis. Filliuccius t. 2. tract. 22. cap 7. q. de his pœnis fusè agit, & ex multis iuribus probat; à n. 199. vſque ad 242 Caſtrus Palaus, tom. 1. tract. 4. diſp. 4. & 5. Fagundez nouiſſimè tom. 1. in precepta De calogi, in 1. preceptum lib. 1. à cap. 12. vſque ad 26. Carena tit. 1. §. 21. à n. 95. vſque ad 119. Nos hic tantum de duabus primis pœnis ſpiritualibus, nempe de ex comunicatione, & Irregularitate, ſummariè aliqua conſiderabimus.

1 Prima igitur pœna ſpiritualis, qua hereti ci puniuntur, eſt excõmunicatio ipſo facto, quę comprehendit omnes hereticos externos etiam per accidens, quamtumuis occultas, patet ex cap. cum Chriſtianus, in princ. cap. ad abolendam, cap. excomunicamus 1. & 2. de hereticis, cap. nouerit de ſent. excomunicationis. Excommu-

communicatio autem lata in illis capitibus, non erat Pontifici reseruata. quę tamen in pręsenti ex constitutione Bullę Cęnę, clausula prima reseruata est.

2 Debet autem hęresis esse signo aliquo externo manifestata, non purè mentalis. Ita communiter Doctores. Farinacius de hęresi qu. 192. n. 6. Sanctarellus de hęresi, cap. 3. dub. 1. n. 5. & alij quos in magna serie laudat, & sequitur Fagundez loc. cit. cap. 11. n. contra Glossam, & multos Canonistas, quos latè refert Sanctarellus. n. 6. Hęc tamen excommunicatio non iure diuino, sed Ecclesiastico, hęreticis est inflicta, Castrus Palaus loco cit. disput. 4. punct. 1. n. 1. Fagundez loc. cit. cap. 12. n. 1. Sanctarellus loc. cit. n. 3. contra aliquos, quos ibidem recenset, sed circa hanc pœnam aliquę controuertuntur difficultates. Prima difficultas an fictè, & tantum exterius negans rem fidei, verbo, vel facto, interius retinens assensum, vt si Idola, vel Mahumectum adoret metu mortis, aut cruciatu, integram fidem tamen in corde retinens, in excomunicationem, contra hęreticos latam, incidat, & hęresim punibilem ab Ecclesia committat. Affirmant aliqui, quia Ecclesia non iudicat de occulta intentione, sed de exteriori actu, sic Caietanus 2.2. quęstione 12. art. 2. in fine.

3 Sed cõmunis, & probabilior sentẽtia amplectenda est, negans hunc esse hęreticum, pœnasque incurrere. Quod autem hęresim non committat, patet, quia hęresis est peccatum fidei oppositum: fides autem consistit in voluntario assen



su intellectus diuinæ reuelationi; ergo heresis debet necessario consistere in voluntario dissensu illius; ergo cessante dissensu intellectus, cessat peccatum hæresis formaliter. Quod autem cessare etiam debeant pœnæ hereticis imposite, manifestum est, quia pœne non sunt extendende ad alia delicta, preter ea quibus imposite sunt, ideo neq; verè est excommunicatus, qui tantum fictè negat fidem. Sanchez lib. 2. c. 7. n. 8. pluribus relatis. Barbosa de potestate Episcopi. p. 2 allegat. 40. n. 32. Suarez de fide disp. 14. sect. vlt. n. 3. Filliuccius loc cit. c. 6. n. 162. & 163. Castrus Palaus loc. cit. disp. 3. punct. 2. n. 16.

4 Verum tamen est, quod si quis exterius negaret fidem, vt hereticis faueret, etiam si non incurreret excõmunicationem latam contra hereticos: incideret tamen in latam contra fautores hereticorum. Filliuccius dicto num 162. alios referens.

5 Animaduertendum preterea est in foro externo, talem sic negantem verbo, vel facto fidem presumi tanquam hereticum, Apostatam, vel excõmunicatum, & punire posse pœnis heretici, & à censuris, in quas putat Ecclesia incurrisse, absolui. Ratio est, quia ex prolatione externa, vel alio facto exteriori presumi potest interior consensus; & sic non creditur in hoc casu allegantiſe dixisse, vel fecisse illa dicta, vel facta hereticalia, absq; intentione: Alias, si excusatio hec hereticis prodesset, omnes impuniti euaderent, quandoquidem facillimè hanc possent excusationem adducere. Filliuccius, n 162. Bárbosa, n. 33.

Castrus Palaus, n. 17. alios referens.

6 Secunda difficultas est, an Episcopi hodie ab heresi occulta absoluere possint virtute Concilij Tridentini, sess. 24. c 6. de reformatione, vbi Concilium concedit Episcopis facultatem absoluendi in quibuscumque casibus occultis, etiam Sedi Apostolicę reseruatis, delinquetes quoscumque sibi subditos in *Diœcesi* sua per se ipsos, aut per Vicarium ad id specialiter deputandum in foro conscientię. Item in heresis crimine in eodem foro conscientię; eis tamen, non eorum Vicarijs sit pęrmissum.

7 Controuersia autem maxima est inter Doctores, an hęc facultas Episcopis concessa per Tridentinum absoluendi, sit reuocata per Bullam Cęnę in illa vltima clausula. *Cæterum à prædictis sententijs, nullus per alium, quam per Romanum Pontificem, nisi in mortis articulo constitutus absolui potest, ex prætextu quarumuis facultatum & Indultorum quibuscumque personis Ecclesiasticis; Episcopali, vel alia maiori dignitate præditis.* sic Gregorius. xv. & Vrbanus viii. in suis Bullis.

8 In qua re quamuis non desint plures Doctores, non minoris nominis, qui affirmant, ex vi huius clausulæ non reuocari Episcopis facultatem absoluendi in Tridentino concessam Bannes. 2. 2. qu. 11. art. 4. dub. 2. post 2. conclusionem argum. 3. Fagundez de pręceptis Ecclesię tract 2 lib 8. c. 8. n. 32. & 33. & nouissimè in pręcepta decalogi, tom. 1. precepto 1. lib. 1. cap. 15. n 7 alios etiam plurimos referens. Et licet probabilem hanc sententiam existiment Suarez de censuris disp. 21.

sect.3.n.5.Sanchez, lib.2.decalogi,cap.11.

9 Nihilominus amplectenda est vt longe probabilior contraria sententia; nempe facultatem illam absoluendi ab hæresi per clausulam Bullę Cęnę, Episcopis fuisse sublatam; sic Suarez de fide disp.21.sect.4.num.12.Sanchez loc. cit. *Pegna* in Direct.3.p.comm.141.post qu.92. versiculo penult.Vbi testatur iuxtà hanc opinionem in Supremo Generalis Inquisitionis Pretorio sæpe pronunciatum esse, Marcus Antonius Genuensis in praxi Archiepiscopi Neapol.c. 67. n. 10. in prima editione, vbi testatur Gregorium.XIII.& Clementem VIII.sic declarasse.Azorius tom.1.lib.8.c 19 & c. 10. qu. 10. affirmans se audiuisse à Religioso docto,& fide digno,sic declarasse Clementé. VIII. pro hac etiam sententia, extant duę authenticę declarationes Cardinalium, testatur Nicolaus Garcias.11.par de beneficijs, c.10.n.122. Barbosa de potestate Episcopi p.2.alleg.40.n.25.& in remissione Concilij.verbo, & in heresis crimine, Sanctarellus de heresi, c. 5. dub.1. n. 1 .cum alijs multis, quos ibi laudat, qui numero plusquam quinquaginta excedunt. Castrus Palaus loc. cit. tract. 4. disp.4.punct. 3. §.1.n.22. Diana p. 1.tract. 5. resolut. 2. & p.4. tract. 4.resolut. 239. & alij ferè innumeri, quorum aucthoritas in re morali, magni extimanda est.

10 *D*einde suaderi etiam potest ratione eo quod negari non potest priuilegium Episcopis à Concilio concessum, posse à *P*ontifice derogari, sed ex Bullę Cenę verbis colligitur apertè fuisse hodié derogatũ,ergo &c.Minor probatur,eo quod

Pon-

Pontifex prohibet ne detur absolutio hęresis, & reliquorum casuum in Bulla contemptorum prætextu priuilegiorum, quę Episcopis, Religiosis, Conuentibus &c. concessa sunt à sede Apostolica, etiã decreto alicuius Concilij; sed nullũ Conciliũ, nisi Tridentinum hanc facultatem absoluendi, ab hęresi reliquisque casibus reseruatis concessit, ergo hanc facultatem, quę in hoc Concilio conceditur, intendit Pontifex reuocare, alias superflua essent verba illa: Alicuius Concilij decreta. Castrus Palaus loc. cit. dict. n. 22.

11 Neque dici potest Concilium reuocare facultatem absoluendi ab hęresi, & casibus publicis, & pro foro externo pro vt respondet Facundez dict. c. 15. n. 7. Tum quia hęc non est à Concilio concessa; tum quia non tam pro foro externo, quam pro foro conscientię facta est, reseruatio quandoquidem solum permittitur in mortis articulo absolutionem impendi, vt recte Castrus Palaus dict. n. 22.

12 Adde quod Episcopi in sua Diœcesi possunt in foro exteriori hęreticos pęnitentes absoluere, & Ecclesię reconciliare, illisque pœnitentiã iniungere, quę absolutio, illis proderit in foro interno quo ad excõmunicationẽ probatus expressè ex Textu in cap. vt officiũ in principio, versiculo si verò, de hęreticis in 6. illis verbis: Absolutionis beneficium impendatis, & iniungatis eisdem, quod iniungi talibus consueuit, & ita tradit Archidiaconus ibi, n. 1. verb. impendatis vide Farinacium de hęresi, quęst. 192. §. 4. n. 52. vbi aduertit quod licet Lelius Zecchius in summã

1. par.

1.par. tit.de fide rubrica de heresi cap. 11. n. 18. versu 4. dicat, quod hodie vigore Bullę Cęnę Domini nõ Episcopis, sed tantum Inquisitoribus licet in foro exteriori pœnitẽtes, & abiurãtes absoluere: & quod ita sępe in Senatu Supremo Inquisitionis pronunciatum est; non tamen à proposita doctrina recedendum est, quia est à Doctoribus communiter recepta & Iuri consona. Consentiunt, & ijs, Bonacina de censuris disp. 1 qu. 3. punct. 2. n. 11. Ricciullus de Iure persona extra Ecclesię gremium existentium, lib. 5. cap. 14. n 3. & 4. Carena tit. 1. §. 11. n. 97. Verum animaduertit Castrus Palaus dict. n. 23. in fine, quod in Hyspania prędicta facultas est illis reuocata; quandoquidem nec Episcopi sine Inquisitore, nec Inquisitor sine Episcopo saltem requisito absoluere possunt hereticum, & Ecclesię reconciliare vt constat ex praxi.

13 Tertia difficultas est, an Domini Inquisitores facultatem habeant absoluendi hereticos ab heresi occulta, in foro conscientię: Nam de absolutione iuridica, & in foro externo constat ijs commissam esse iurisdictionẽ ad illos absoluendos ex textu in cap. vt officium, de hereticis in 6. & ex pluribus decretis Pontificum, dubium igitur est, an illis liceat in foro conscientię?

14 Non desunt authores, qui volunt Inquisitores posse in foro conscientię hereticos absoluere ob constitutionem quamdam CLEMENTIS VII. edita anno 1530. quę incipit, sicut, §. vobis, & ad hoc allegari solet. Tum etiam ob congruentiam quia ad Ecclesiam pertinet prouidere fidelibus delinquentibus remedium facile, & suaue, vt à pec-

à peccatis liberentur; si autem pœnes Inquisitores non resideret huiusmodi facultas, heretici occulti carent remedio facili, & suaui, vt à peccato liberentur. Ita Nauarrus lib. 5. Concil. tit. de priuilegijs Concil. 11. Bannes 2.2. qu. 11. art. 4. dub. 2. post. 3. arg. contra 2. conclus. Diana 1. par. tract. 5. resolut. 3. & p. 4. tract 8. resolut. 35. plures alios referens.

15 Alia sententia negat Inquisitoribus, aut Tribunali datam esse facultatem absoluendi ab heresi in foro conscientiæ. Sanchez lib. 2. decalogi. c. 12. n 3. Farinacius de hæresi qu. 192. n. 54. Suarez de fide disp. 21. sect. 4. n. 15. Garcia de beneficijs 11. par. c. 10. n. 121. Barbosa de potestate Episcopi allegat. 40. n. 28. Castrus Palaus tract. 4. disp. 4. puncto 3. §. 3. n. 3. Carena, tit. 1. §. 21. n. 103. qui alios referunt.

16 Probant quia Domini Inquisitores, neque ex vi Muneris, neque ex aliquo priuilegio, neque ex consuetudine habent potestatem pro solo conscientiæ foro absoluēdi, ergo &c. Antecedēs patet, quia Munus Inquisitionis, non est institutus pro foro conscientiæ, sed pro foro externo, vt rectè docet Eymericus, 3. p. n. 59. Vnde inquit non pertinere ad Inquisitores absoluere in foro sacramentali. Ex priuilegio autem non videtur illam facultatem habere: nullum etiā aliud refertur, nisi contentum in supra dicta Bulla CLEMENTIS VII. sed illud nec loquitur de omnibus Inquisitoribus, sed solum de Inquisitoribus Ord. Prædicatorum residentibus in Lombardia, & illo tempore præsentibus, & concesso etiam ad omnes extendi,

non

non loquitur de abſolutione fori conſcientiæ, ſed externi, tum quia non committit facultatem abſoluendi, niſi præſtito iuramento, & abiurata hæreſi: quæ conditiones pro foro interiori non videbantur neceſſariæ.

17 Deinde ibi eis tantum conceditur vt extra iudicialiter abſoluere poſſint hæreticos occultos, ſed vt teſtatur Barboſa n. 27. ſæpe declaratum eſt in Supremo Inquiſitionis Romanæ Tribunali, Verbum illud, extra Iudicialiter, non tollere formā iudicij ſcilicet depoſitionē corā Notario, & teſtibus, vel ſaltem coram Notario tantum, ſed tollere ſollemnitatem, & integram formam iudicij. Denique ex conſuetudine contrarium omnino conſtare videtur: Nunquam enim Inquiſitores, niſi coram Secretario pænitentem hæreticum audire volunt, vt ipſemet Bannes fatetur, & conſulit Eymericus 3. par. Directorij n. 59.

18 Sed in hac re placet mihi ſentētia Fagundez in 1. præceptum decalogi lib. 1. cap. 17. qui præcitatas ſententias conciliat pluribus Concluſionibus; aitque non poſſe Inquiſitores ab hæreſi occulta pro foro tantum pœnitentiæ Sacramentali abſoluere, ex ratione allata in ſecunda ſententia. Poſſunt tamen Domini Inquiſitores audire, & abſoluere in foro conſcientiæ hæreticos ſibi confiteri volentes. Ita num. 20. & affert pro hac re Suarez loc.cit.n. 16, ſed in eo caſu inquit, non abſoluunt per aliam Iuriſdictionem niſi per eam, quam in foro externo, ac iudiciali habent, ſic num. 21. Præmittendam etiam eſſe in tali caſu abiurationem formalem; & iuridicam ante talem ab ſo-

ſolutionẽ,vt in Bulla Clementis VII.perſcribitur; deniq; aſſerit ꝙ huiuſmodi abſolutio talis eſt, vt nõ tantũ in foro cõſcientiæ ſed etiam externo valeat cũ à iuriſdictione in illo foro procedat,ac proinde nõ ita ſecreto accipienda eſt, quin de illa iuridicè poſſit conſtare ita vt ſaltẽ Notarius adſit qui fidem de illa dare poſſit vt poſtea de eadẽ cõſtare poſſit in foro externo, & iudiciali atque in illo valere.

19 Denique concludit, facultatem hanc per ſe primo reſidere in toto Senatu, & Tribunali S. Inquiſitionis, quandoquidem illi data eſt Iuriſdictio illius muneris; poſſe tamen exerceri per vnum tantum Dominum Inquiſitorem exconſen ſu alterius, vel aliorum. Hæc Fagundez a n. 20. vſque ad 24. referens pro ſua ſententia etiam Suarez, quæ omnia probat ex rationibus pro vtraq; ſententia ſuperius ralata.

20 Secunda pœna Spiritualis, quam incurrunt hæretici, eſt irregularitas, quæ eſt hereſim annexa, & ideo hæretici externi, & Apoſtatæ, quantumuis per accidens occulti per hæreſim irregulares fiunt:ita communior Doctorũ ſententia. Nauarrus in ſumma cap. 27.n 205. Pegna in 3 p. Directorii cõm. 162.Azorius tom.1.lib.8.c.11. qu. 13.Suarez tom.5,de Cenſuris diſp. 43.ſect.1.n.4. & de fide diſp.21.ſect.5 n.1.Filliuccius tom. 2. tract. 22.c.7.n.209.Caſtrus Palaus,tom.1.tract. 4. diſp. 4 punct.4.n.2.Fagũdez in præcepta decalogi precept.1. lib.1.c.17.n.2. multos alios referens Probatur ex cap. Saluberrimum 1. quæſtione. 4. & cap. Conuenientibus 1. qu.7.

21 Hæc autem irregularitas quoniam in dua-

bus

bus partibus consistit; Prima est Inhabilitas, quæ impedit hæreticum à susceptione ordinum. 2. est Inhabilitas ad ministrandum in ordine iam suscepto; quamobrem quo ad ordines suscipiendos cum tali hæretico solus Papa dispensare potest. Sanchez lib.2.c 25.n.13. Farinacius de hæresi, qu. 192. n.75. Sanctarellus de hæresi, c.25.n.5.& 6. qui alios referunt. Quo verò ad dispensationem vt possint hæretici pœnitentes in susceptis ordinibus ministrare ex communi sententia, docet Sanchez, n.14 posse ab Episcopo concedi. Sanctarellus n. 6. & Farinacius, n. 74.

22 Limitat autem hoc Suarez tom 5.in 3.par. disp 43. sect. 1. n.6. nisi quo ad vsum Sacerdotij in Sacrificio Altaris, quippe cum hoc sit res grauissima, videtur Pontifici reseruari eo vel maximè, quod Pegna in Directorio Inquisitorum 3. p. qu. 126. n.175. refert Pium.V. Anno 1567. inhibuisse Generali Inquisitori Hyspaniẹ, ne posset habiles reddere hereticos presbyteros vt in Altaris ministerio deseruirent. Sanchez loc.cit. Farinacius loc. cit. n. 78.

23 Dubitari autem solet an fictè negans fidem, siue spontè, siue metu, & timore id faciat, Irregularitatem incurrat? Et resp. eum fieri Irregularem siue spontè, siue metu graui fictè fidem neget, vel apostatet. Sed talis non fit irregularis Irregularitate contracta ex heresis crimine: quia verè fit hereticus. At incurritur alia specialis, & propria huius criminis, ex cap. Presbyteros dist. 50. Ita docet Sanchez loc. cit n.6. Suarez disp.43. de Censuris sect. 2. n. 2. Filliuccius, n. 210.

loc.

loc. cit. Fagundez loc. cit. c. 17. n. 5. alios etiam laudans.

24 Irregularitas autem contra hereticos lata extenditur quoque ad Receptatores, Fautores, &c. Defensores hereticorum, eodem modo etiam si occulti cap. 2. §. heretici, de hereticis in 6. vbi tam heretici, quã eorum receptatores &c. inhabiles dicuntur ad omne beneficium, & officium publicum: quo nomine etiam ordines veniunt. Ita Nauarrus, Ledesma, Maiolus, Suarius, & alij, cum Sanchez loc. cit. n. 10. Filliuccio, n. 211. & Fagundez n. 6.

25 Queres, An illi, qui tanquam suspecti de heresi coguntur per Inquisitores abiurare de vehementi Irregularitatem incurrant? Et Respondeo nequaquam esse Irregulares, ratione vehementis suspicionis, nec eorum beneficia vacare, virtute motus proprij Pij V. & ratio est, quia hi non sunt heretici; Et licet suspecti de heresi notorij ratione infamiæ incurrant, Irregularitatem, tamen per abiurationem eam purgant. Sanchez, loc. cit. n. 129. Farinacius de hæresi qu. 193. §, 5. n. 80. Filliuccius, n. 212. Garcia de beneficijs p. 11. c. 11. n. 88. vbi citat pro hac re Decisionem Rotæ, Diana. 4. p. tract. 2. resolut. 47 Fagundez loc. cit. n. 7. & 8.

26 Excipitur tamen hoc quo ad administrationem Sacramenti pœnitentiæ; quandoquidem qui de Vehementi compulsi sunt abiurare non amplius admittuntur ad audiendas Christi fidelium Confessiones, vt testatur Riccius in Decis. Curiæ Archiepiscopalis Neapolit. p. 2 decis. 217. vbi re-

refert, hac de re Decis.supremi Tribunalis Sancti Officij de Vrbe emanatam, die 6. Martij 1596. vide etiam *Diana* 4. p. in fine in *Dicretis*, & Constitutionibus spectantibus ad Tribunal Sancti Officij folio.mihi 497. Vbi ad hoc refert aliud decretum sub die.15.Nouembris.1565.

27 Quæres secundo, An ab Irregularitate contracta per hæresim occultam possit Episcopus virtute Concilij Tridentini dispensare? Et affirmatiuè dicendum est. Castrus Palaus tract.4. disp. 4. punct.4.n.3. Carena tit.1 §.21.n.15. aliosreferens. Farinacius de hæresi qu.192.§.5.n.79. Ratio est, quia Concilium non limitauit in irregularitatibus potestatem, sed absolutè dixit; In omnibus licere Episcopis, dispensare; vnicam solum excipiens quæ ex homicidio voluntario nascitur, quæ exceptio firmat concessionem aliarum. Neq; ex negatione facultatis absoluendi ab hæresi arguitur negata facultas dispensandi in Irregularitate, quia sunt res omnino diuersæ, & à separatis non fit illatio, ex L. Papinian. exul ff de minorib. Castrus Palaus loc. cit. Fagundez loc. cit. c, 17. n. 3. Franciscus Bordonus meæ Relig. & Prou. Bononiẽsis Prouincialis, & Cõsultor Sãcti Officij Ciuit. Parmensis, in varijs Resolut Regular. resolut 11. qu. 10. Vbi id.etiam probat de Prælatis Regularibus ergà suos subditos.

28 Sed dubitari vlterius potest de Dominis Inquisitoribus an habeant facultatem dispensandi in hac Irregularitate hæresis occultæ ex Bulla CLEMENTIS VII. quæ incipit, Cum sicut, §.vobis etiam. quæ videtur id expressè illis concedere

pro

pro solo conscientię foro vnde tenent affirmatiuè, *Vmbertus Locatus in praxi Inquisitorum. Verb. Inregularitas. n. 2. & Lelius Zecchius in summa tract. de fide c. 11. in 12. pœna hæreticorum Enrichez lib. 14. de Irregularitate. c. 18. n. 2.* Sed probabilior est sententia negatiua, quę est. *Pegna in directorio 3. p. qu. 126. comm. 175. Suarez tom. 5. in 3. p. disp. 43. sect. 1. n. 5. Sanchez loc. cit. n. 19. Dianæ. 4. p. tract. 8. resolut. 85.* quia vel ea constitutio est reuocata, quo ad hoc, vt ait Pegna ibi, vel quod sit personalis, & non perpetua, nec vsu recepta.

AN HAERETICI SINT DE ECCLESIA, VEL PARS ECCLESIÆ. CAP. VII.

1 HÆC quęstio est potius de nomine, quā quo ad rem, & ideo hereticos esse intra Ecclesiam affirmat Alphonsus de Castro lib. 2. de Iuxta herericorum punitione, c. 24. in fine.

Probat primo, quia hęreticus ab Ecclesiā punitur, & varijs ab illā pœnis affligitur. Hoc autem ipsa non faceret, nisi intelligeret hereticum esse intra illius gremium: Quandoquidem D. Paulus 1. Corint. 5. ait. *Quid mihi de ijs, qui foris sunt iudicare.*

2 Secundo quia hereticus habet characterem baptismi, per quem primo factus est membrum Ecclesię, quo durante, semper membrum

C illius

illius erit.

3 Tertio probatur, quia Apoſtolus Paulus 2. ad Timotheum 2. ait. *In Magna autẽ domo non ſolum ſunt vaſa aurea, & argentea, ſed & lignea, & fictilia: & quædam quidem in honorem. quædam autem in contumeliam*. Circa quę verba *D.* Auguſtinus, lib. 4. da Baptiſmo, contra *Donatiſtas* c. 12. inquit. vaſa aurea, & argentea eſſe fideles, lignea verò, & fictilia eſſe hereticos, ergo *D.* Auguſtinus ſentit hereticos eſſe in domo, ideſt in Eccleſia.

4 Sed cõmunior ſententia eſt hereticos partes Eccleſię non eſſe, ita *Canus*, *lib*. 4. *de loc. Theologicis c*: 2. qui teſtatur, Eſſe cõmunem Opinionem, tùm veterum, tum recenſiorum Theologorum, & ſic etiam ſenſiſſe Cyprianum, Auguſtinum, Duoq: Concilia Lateranenſe, & Florentinum; Vnde Nicolaus Papa rectè definiuit Eccleſiam eſſe Catholicorum Collectionem, ergo Heretici ſunt extra Eccleſiam Pro eadem ſententia eſt etiam *Diuus Hieronymus in epiſt. ad Oceanum* vt refert. *Simanchas*, *tit*. 24 *de Eccleſia n*. 42 qui etiam recenſet loca, & aucthoritates Cypriani, & Auguſtini; Et quod Patres in Quarto Concilio Carthaginenſi definierunt dicentes: hereticorum cętus, non Eccleſia, ſed Conciliabolum eſt. Eamdem ſententiam ſequuntur Bellarminius tom. 3. controuer. diſp. 4. li 3. c. 4. Valentia 2. 2. pun. 7 §. 14. Turrianus de fide diſp. 14. dub. 1. difficul. 2.

Probatur preterea à Simancha, quod heretici non ſint partes Eccleſię, quia hereſis diuiſionem ſigni-

significat, & ideo dicuntur heretici, quia diuisi sunt ab Ecclesia. Secundo in Ecclesia vt Apostolus ait. Ephesios c. 4. Vnus Dominus, Vna fides, vnum baptisma, sed hereticus non manet in vnitate fidei, ergo non est in Ecclesia Dei.

5 Tertio probatur, quia sicut Ecclesia, & Christiana Republica constituitur non solũ Baptismi exteriori Sacramento, sed etiam interiori fide, ergo pari ratione interior Infidelitas & externi iudicij diuisio, ab Ecclesia separat.

6 Ad rationes in contrarium ad primã respõdeo, quod Ecclesia punit hereticum, quia ante ad illam pertinebat, & postea eum publico iudicio deijcit; Vnde Cornelius à Lapide in eum locum Pauli 1. ad Corint. asserit hereticos esse extra Ecclesiam, quia bonis Ecclesie sunt priuati, *intus tamen sunt*, quia eius iurisdictioni subsunt, *hoc ipso* quod characterem baptismi retinent, vnde sunt in Ecclesia, sicut mancipia in familia.

7 Ad secundam rationem respondet Canus, quod partes sunt Ecclesie, qui Christi characterem baptismalem habent, nisi post heresim exteriorem, publico Ecclesie Iudicio, fuerint excisi.

8 Ad tertiam respondeo, Sanctum Augustinum sentire eos esse in Ecclesia non propriè; sed secundum aliquid, scilicet quia retinent characterem baptismi, veraque Ecclesie Sacramenta administrant, & ab eadem Ecclesia, quasi aliquo modo subditi puniri possunt.

6 Deinde respondet Canus loc. cit. quod

Apostolus Paulus si ad Hymeneum, & Phyletum, verba illa retulit, non ad id tempus spectauit, quo iam de domo fidelium communi per publicam separationem, & obstinationem se segregauerant; sed ad illud potius, quo per susceptam fidem ad baptismum in magna domo continebantur vide Cornelium à Lapide ad eumdem Pauli locum.

AN PROTESTATIO EXCVSET AB HÆRESI, ET ILLIVS SVSPICIONE PROTESTANTEM. CAP. VIII.

1 PRotestatio, quę in rebus fidei fieri consueuit, & de qua hic agimus, est professio, seu Confessio fidei exterius facta, ad ostendendum quid interius de fide sentiat protestans. Sic Arnal. Albert. de agnoscendis cathol. assert. qu. 12. n. 2 Alias etiam aliorum definitiones affert. *Farinacius de hæresi quæst.* 178 *§. 7. n.* 148. *quæ vt aduertit Pegna in p.* 1. *Directorij Côm.* 26. licet verbis solum differant, re tamen ipsa cum hac conueniunt, casus autē est cum quis aliquid hereticale assereret dubitans in fide errare si protestatur, quod non intendit à fide recedere, sed quod corrigere se paratum exhibet, & iudicio S. Matris Ecclesię submittit; tunc talis protestatio ipsum excusat. sic Farinacius loc. c. pro solutione verò difficultatis.

2 Animaduertendum est, credibilia esse in

tiplici

triplici genere; alia n. ad fidem directè pertinet, vt sunt omnes articuli fidei, quę in symbolo Apostolorũ cõtinẽtur, & huiusmodi credibilia qlibet Christianus scire explicitè, & credere debet ex necessitate precepti, saltem quo ad eorum substantiã, vt probant Theologi in materia de fide. *Coninch. disp.* 14. *dub.* 10. *concl.* 2. *n.* 188. *Castrus Palaus tom.* 1. *tract.* 4. *disp.* 1. *punct.* 10. *n.* 3. plures alios referens. Alia sunt credibilia, quę indirectè ad fidem spectant, quia scilicet principaliter credenda, sicut superiora non proponuntur; ad eorum tamen negationem sequitur heresis. Huius generis sunt, quod Abraham duos habuerit filios, &c. & hęc credibilia, nõ tenetur quilibet explicitè credere, sed sufficit si implicitè credantur; credendo scil. verum esse, quidquid in Sacra scriptura continetur. Nisi sit Episcopus, quandoquidem ex Carthaginensi 4. c. 1. Ordinandus Episcopus iubetur examinari, an sit litteratus, in lege Domini instructus, in scripturarum sensibus, cautus &c. Et in Consecratione interrogatur Episcopus, an sciat vtrumq; testamentum. *Turrianus de Iustitia, & Iure, disp.* 22. *dub.* 4. *n.* 10.

3 Alia denique sunt credibilia, quę expressè in Sacra Scriptura non habentur: sunt autem per Ecclesiam catholicam definita tanquam credenda, vt E. G. quod Spiritus Sanctus procedat à Patre, & Filio; hęc autem nullo modo communi populo necessarium est explicitè credere: quandoquidem hęc ipsi capere non possunt, sed sufficit vt implicitè credantur. *Coninch loc. cit. n.* 189. *Vide Eymericum in Directorio p.* 1.

quæſt. 12. n. 1. & ſequentibus. His animaduerſis.

4 Dicendum eſt proteſtationem regulariter excuſare proteſtantem ſi poſtea hereſim committat, ne preſumatur commiſiſſe ſcientem, & cum pertinacia *ex teſt. in c. dixit Apoſtolus 24. queſt. 3.* & ibi *Gloſſa verbo pertinaci. & tradit Albertinus loc. cit. n. 6. Simanchas de catholicis Inſtitutionibus, tit. 55. rubrica de proteſtat. n. 4. Farinacius loc cit. n.* 150 & alij ab eiſdem relatis. Sed hoc intelligendum eſt, vt proteſtatio excuſet in his, quę quis explicitè credere non tenetur, vt ſunt credibilia. 2. & 3. generis Arnald. Albert. n. 4. vbi ponit exemplũ de laico ruſtico idiota, & ignorante. *Eymericus n. 13. & Pegna loc. cit. verſ. 2. eſt. Farinacius n.* 154. Secus autem ſtatuendum eſt in his, quę quis explicitè ſcire tenetur, vt ſunt credibilia primi generis, vt puta in eo qui negaret Incarnationem, & Paſſionem Chriſti. *Albert. n. 9. Eymericus n. 11. Pegna ibi verſ. prima eſt. Farinacius. n.* 155.

5 Conſiderandum etiam eſt, quod neque proteſtatio proteſtantem iuuat, quando facit contrarium eius, quod proteſtatur. *Gloſſa*, & communiter Doctores *in cap. cum Magiſt. Ferrarienſis extra de conſtit. Pegna loc. cit verſ. hactenus explicui*, vbi ponit exemplum in eo, qui proteſtatur generaliter ſe credere Meſſiam iam veniſſe, & tamen iuxtà ritum Iudeorum, paſchalem agnum occidat, & manducet, Sabbathum colat, vel ſimilia. Farinacius n. 153.

6 Secundo item proteſtatio non excuſat, quando à Iudice, vel Inquiſitore monitus, &

infor-

informatus, quod hęresim dicit, ab ea tamen recedere nequit. *Pegna dict. Cõmen.26. & alij relati à Farinacio n.* 153.

7 Considerandum denique est, quod protestatio, non solum prodest aliquid hęreticale asserenti, cum verba sunt dubia, & materia, circa quam erratur, obscura; sed etiam illi, qui erroneum librum conscripsit: licet enim liber damnandus sit, non tamen damnandus auctor libri, prout est test: iũcta *Gloss. penult. in c. damnamus de summa Trinit. & fide catholica*, vbi scripta Abbatis Ioachim, tamquam heretica fuerunt damnata; ipse tamen non damnatur propter protestationem, quam fecit confitẽdo illam fidem, quam S. Romana Ecclesia tenet, & credit. *Farinacius loc. cit. n.* 151.

DE INFIDELITATE

CAP. IX.

1 INfidelitas contraria fidei virtuti theologicę dupliciter contingere potest, primo si ex errore, vel malitia, aliquis dissentit, vel negat veritatem nostrę fidei, quando ad id tenetur. Secundo si propositę sufficienter veritati nõ assentiatur, & primum peccatum dicitur Commissionis, secundum Omissionis.

2 Hęc autem Infidelitas triplex est, Paganismus, Iudaismus, & Heresis, sic *S. T h. 2.2.qu. 10. art. 5. & ibi Bannes. Valentia disp. 1. qu. 10. punc. 3. Bonacina, disp. 3. qu.2. punct. 6. Suarez*

de fide disp. 16. *sect.* 4. *disp.* 18. *dub.* 6. vt refert, & sequitur *Castrus Palaus tom.* 1. *tract.* 4. *disp.* 2 *punct.* 1. *n.* 2 & nouissimè *Fagundez in praecepta decalogi praecepto.* 1. *lib.* 1. *c.* 9. *n.* 9.

3 Paganismus est quando nullius mysterij reuelati fides habetur. Iudaismus quando creditur veteri testamento, non autem nouo; heresis, quando alicui veritati siue ex nouo, siue ex veteri testamento fides negatur. Vel aliter dici potest Paganum esse, qui integrè à fide Christiana recedit, Iudeum, qui recedit à veritate, quam figure ab ipso credite denotabant. Hereticum qui fidem profitetur, at aliquos articulos illius negat. Ita Castrus Palaus loc. cit., qui ait ex obiecto desumi debere hanc distinctionem, ita vt integra negatio fidei sit Paganismus. Iudaismus negatio Christi. Heresis negatio alicuius veritatis à Christo reuelate. Turcismus, & Atheismus sub Paganismo comprehenduntur.

2 Animaduertendum est autem diuisionem prefatam Infidelitatis in Paganismum, Iudaismum, & Heresim per ordinem ad Christum Dominum, & nouum, & vetus testamentum, intelligi de Infidelitatibus, que in presenti statu occurrere possunt, non de alijs, que in lege nature, & scripte contingere poterant.

3 Preterea he species Infidelitatis non essentialiter, sed accidentaliter distinguuntur, poenes magis, & minus: ratio est, quia omnes illae secte priuant eadem fide, habentque cum illa eamdem oppositionem. Suarez de fide disp. 16. sect. 4. n. 8. Coninch disp. 18. dub. 6. n. 64. Castrus

ſtrus Palaus loc. cit. n. 4. Turrianus diſp. 50. de fide dub. 6., contra Caietanum, Bannes, & Aragonium.

4 Dubitatio in fide non pertinet ad certam ſpeciem Infidelitatis, ſed potius ad inſtar generis, reſpectu omnium; nam ſi quis dubitat de tota noſtra fide, an ſit falſa, fit *Paganus*. Si dubitat, an *Iudaiſmus* verior ſit, Iudęus efficitur Qui verò de aliquibus articulis dubitat, fit hereticus. Coninch loc. cit. n. 54.

5 De Cathecumeno fidem negante quamuis Sanchez lib. 2. operis moralis. c. 7. n. 34. exiſtimet non eſſe propriè hęreticum, attamen Suarez diſp. 19. ſect. 5. n. 3. & In defenſione catholicę fidei aduerſus Anglicanę ſectę errores, lib. 1. c. 24. Sanctarellus de hereſi, cap. 1. dub. 2. n. 3. Fagundez pręcepto 1. decalogi lib. 1. c. 10. n. 27. & alij. aſſerunt, Cathecumenum, ſic fidei articulum negantem eſſe hęreticum, probatur ex Concilio Niceno, Can. 19. vbi ſtatuitur eos, qui ab hereſi *Pauli* Samoſateni redirent ad Eccleſiam, Baptizandos eſſe, exquo colligitur dari hęreticos ante baptiſmum, & ſolum Cathecumenos.

6. Ratione etiam patet, quia iſte cathecumenus ex quo iam in Chriſtum credidit, infidelis eſt recedendo at non eſt Iudęus, nec Paganus, ergo eſt hereticus, cum tres tantum ſint Infidelitatis ſpecies. Quæ ſententia in foro interiori veriſſima eſt, ſed in foro externo huiusmodi cathecumenus hereticus non iudicatur, nec ſubditur Eccleſię Iudicio, neque ab ea punitur Suarez, Sanctarellus, Fagundez loc. cit, Patet ex eo quia

Ianua,

Ianua, per quam intratur in Ecclesiam visibilem est baptismus, & character in eo impressus signum est subiectionis ad Ecclesiam.

7 De baptizatis tandem baptismo inualido, & nullo, ob aliquem essentialem defectum in materia, vel forma, dicendum etiam videtur quo ad forum interius, si à fide catholica deficiant, hereticos esse; patet ex ratione pari de cathecumeno dicta. Tum etiam ex quo Diuus Augustinus *lib. vnico de baptismo contra Petilianum Donatistam, c.3.& in præfatione ad lib. de hæres.* dixit, non nullos hereticos esse denuo in Ecclesia recipiendos sine nouo baptismo, non nullos verò denuo baptizandos, & vtrosque esse veros hereticos.

8 Quo ad forum autem externum Suarez de fide loc. cit. n 8. & Sanctarellus n 6. alios referentes contra Simancham. tit. 31. n. 5. asserunt hosce fictè baptizatos à fide recedentes, nullo modo posse ab Ecclesia puniri, nisi Ecclesia fictionem ignoraret; quandoquidem tunc ab Ecclesia punirentur, vt animaduertit Sanchez lib. 2. c. 7. n. 35. Vnde obseruat Castrus Palaus loc. cit. tract. 4. disp. 8. punct 1. §.6. n.3. quod Cæsaraugustæ anno. 1619. quidam Maurus, qui aduersus nostram fidem deliquit, reconciliatus est, etiam si allegauerit baptizatum non esse, in cuius confirmationem in lib. suę Parochię non fuit inuentus scriptus.

9 Sed queri potest, an saltem possit Ecclesia hæreticum nulliter baptizatum cogere ad suscipiendum verum baptismum. Affirmant Sanchez lib.

lib. 2. c. 7. n. 36. ad finem, Enriquez lib. 2. de baptiſmo c. 25. n. 6 & id probabile eſſe docet Sayrus theſauro Caſuum tom. 1. lib. 3. c. 4. n. 11. & Filliuccius tom 2. tract 22. c. 6. n. 158.

10 Sed Fagundez in 1. præceptum decalogi lib 1. c. 10. n. 31. diſtinctionē adhibet; vel n. inquit Baptiſmus ita fuit nullus, vt preſumptio ſit pro validitate ipſius, vt accidit E. G. quando defectus fuit ex intentionē baptizantis, vel ſuſcipientis baptiſmū. Vide Suarez t. 3. in 3. p. diſp. 24. ſec. 1. & diſp. 14. ſec. 2. ad finē. Vel talis fuit defectus, vt conſtet de illius nullitate, nimirum quando conſtat non fuiſſe adhibita verba neceſſaria, vel aquam naturalē, aut quid ſimile; & in hoc ſecūdo caſu certum eſſe videtur non poſſe Eccleſiam cogere huiuſmodi nulliter baptizatos ad ſuſcipiendum verum baptiſmum: non enim apparet, ex quo capite id poſſit Eccleſia, etiam ſi habuerit animum tunc verè ſuſcipiendi baptiſmum, vt ait Filliuccius loc. cit. quia iam ex parte ſua recepit, ac proindè coram Deo eſſet hereticus; hoc n. ſolum vrget in foro interno, ſed in externo non ob hoc poterit cogi ad ſuſcipiendum verum baptiſmum.

In primo autem caſu bene poterit Eccleſia cogere nulliter baptizatos ad ſuſcipiendum verum baptiſmum, vel ſaltem vt ſe gerant, ac verè baptizatos, id tamen eſt per accidens, quatenus non conſtat de veritate, & ſtatur ex præſumptione.

AN

AN IGNORANTIA EXCVSET AB HÆRESI. CAP. X.

1 QVoniam ex S. Thom. 2. 2. qu. 10. art. 1. Infidelitas generaliter duplex est, Vna materialis, & secundum puram negationem, quę peccatum non est, sed magis pœna peccati, & hęc Infidelitas materialis est, Inuincibilis, & ex ignorātia inuīcibili oritur; quādoqdē nulla adhibita diligētia morali vīci, aut tolli potest, vel certe non debet; aut quia nimirum de fide Christiana nihil vnquam aliquis audierit; aut etiam si audierit, tamen post diligentem considerationem non deprehenderit sufficientia argumenta, quibus ad fidei acceptationem, & assensum prudenter moueatur. Est igitur hęc materialis Infidelitas pœna peccati ex S Th. quia talis ignorantia diuinorum ex peccato primi parentis consecuta est: Vnde qui sic sunt Infideles, damnantur quidem, sed propter alia peccata, quę sine fide remitti non possunt; non autem damnantur propter Infidelitatis peccatum.

Altera est Infidelitas formalis, & secundum contrarietatem adeoq; peccatum formaliter, ac contrariè fidei diuinę oppositum, cuius tres sunt species supradictę, nempe Paganismus, Iudaismus, & Heresis.

2 Pręterea inter Infidelitatem merè negatiuam

uã,ac õnino inculpabilem, & Infidelitatẽ formalẽ ac propriè dictã,potest dari media quædam infidelitas, quæ dicatur priuatiuè fidei opposita, vt philosophatur, Paulus Layman, tom. 1. lib. 2. tract. 1. c. 12. n. 3. quę Infidelitas non est aliud, quam ignorantia, vel error in rebus fidei culpabilis quidem, sed sine pertinacia, puta si Catholicus quidam ex vincibili ignorantia opinionem aliquam rectę fidei contrariam teneat, paratus tamen eam mutare, si contra Ecclesię sensum, aut definitionem esse sciret. His ita animaduersis, queri potest,an Ignorãtia, seu Infidelitas purè negatiua, vel priuatiua excuset ab heresi.

3 Dicendum est primo Ingnorantia inuincibilem, quę est Infidelitas negatiua, & materialis, excusare ab heresi, ita S. Th. 2. 2. quęst. 10. art. 1 Durandus in 3. distin. 25 quæstion. 1. ad. 1. Vegha 6. in Tridentinum c. 18. Simanchas de catholicis Institution.tit.26.rubrica de errore, & Ignorantia, n.6. Pegna in Additionibus ad Directorium p 1.qu 7.cõm.22.folio mihi 64.in 5.regula.Farinacius de heresi, qu.179.§. 3. n. 26. & alij communiter.

4 Hinc sequitur posse haberi ignorantiam inuincibilem mysteriorum super naturalium, Incarnationis, Trinitatis &c.ac fidei supernaturalis circa quodlibet mysterium lumine naturæ notum. Item circa Deum, eiusque omnipotentiam, Iustitiam, & bonitatem, quatenus sunt à Deo reuelata. Ratio est, quia hęc mysteria esse à Deo reuelata, est obiectum super naturale sed obiectum hoc super naturale viribus naturæ cognosci

non

non potest: Ergo opus est aliquo, qui per diuinam fidem hoc proponat: propositio autem sępe deficere potest, ergo potest aliquis inuincibiliter carere cognitione Dei, & mysteriorum supernaturalium, quatenus per fidem super naturalem reuelata sunt. Ita Suarez de fide disp. 17. sect. 2. à n. 3. Conich disp. 18. de fide, dub. 2. concl. 5. n. 19. Filliuccius tract. 22. c. 4. n. 109. Castrus Palaus tract. 4. disp. 1. punct. 2. n. 1. & 2.

5 Neque dicas nemini negari à Deo media ad salutem necessaria, quia hoc verum est si diuinę gratię obex non opponantur. At potest Infidelis impedimentum pręstare, multiplicando peccata, & quia non bene fungitur auxilio gratię, ipsa tamen ignorantia non est culpa, quia rerum nostrę fidei homo ille non habuit cognitionem, vel notitiam aliquam, neque cognoscit huiusmodi ignorans, quod suis peccatis impedimento est, quod illam ingnorantiam non expellat.

6 Sed si quęramus quid de facto in pręsenti accidere possit, quamuis Pegna loc. cit. asserat quod hodie post tam apertam Christianę Religionis notitiam. & tam latè patentem Euangelij promulgationem, & tot Conciliorum, & Sacrorum Doctorum lucem, vix in his, quę fidei sunt, dari ingnorantia inuincibilis possit.

7 Nihilominus contingere potest, vt fidelis in Infantia baptizatus postea inter Infideles, vel hęreticos nutriatur, apud quos de fide, & Religione Romana Catholica, vel omnino nihil, vel non nisi obscura quędam, vel nefaria, & abominanda audiet, in tali casu fieri potest, & interdum

dum solet, vt talis fidelis hanc Ignorantiam inuincibilem fidei supernaturalis habeat, & insuper poterit culpabiliter pluribus erroribus aduersus Deum inuolui. Non tamen obinde fit infusum fidei habitum in baptismo amittere, si ignorat inuincibiliter illos errores fidei diuinę contrariari. Ita Suarez, Coninch locis cit. Sanchez lib. 2. c. 1. n. 8. Layman, & Castrus Palaus loc. item cit. & ratio est, quia fides supernaturalis amitti non potest, nisi per peccatum infidelitatis vt definit Concilium Tridentinum sess. 6 Can. 2. sed ille fidelis erroribus illis assentiens nō peccat peccato infidelitatis formaliter; quandoquidem infidelitas est dissensus à prima veritate reuelante. At ille Infidelis ignorat inuincilibiliter primam veritatem tale mysterium, cui ille dissentit reuelasse; ergo non amittit fidem illo peccato, Vnde concludit etiam Layman talem hominem saluari nihil prohibet, cum fidei veritates, quas nobiscum communes retinet, E. G. de S Trinitate, verbi Incarnatione, fide diuina, & super naturali credere possit; ex Dei auxilio, & extrinsecorum motiuorum adminiculo.

8 Dicendum secūdo. Ignorantiam etiam crassam, & vincibilem excusare ab hæresi eum, qui falsum opinatur, credens sic teneri ab Ecclesia. Sic Azorius tom. 1. lib. 1. c. 14. qu. 9. & lib. 8. c. 9. qu. 7. Turrianus 2. 2. de fide, disp. 55. dub. 2. Fagundez in 1. præceptum decalogi lib. 1. c. 10. n. 20. Et ratio est, quia qui contradicit veritati quam tradit Ecclesia, si ipse ignorat quid sentiat Ecclesia, non infert iniuriam aucthoritati Eccle-

siæ,

siæ, neque potest dici, rectè non credere Ecclesiæ, & licet propter Ignorantiam vincibilem peccet; tamen non peccat peccato hæresi: hoc n. peccatū nō est peccatū ignorātiæ, sed reqrit scientiā Ecclesiæ proponētis, & docentis contrariū.

Præterea dum paratus est corrigi vincibiliter ignorans, non potest dici habere pertinaciam, quæ ad heresim necessaria est, vt potè si quis quadam ratione naturali motus, dixerit, quod Pater sit maior, vel prior Filio: vel quod tres personę sunt tres re, substantia, aut essentia: dummodo hunc suum errorem non defendat, suamque opinionem fidei Ecclesię supponat. Sic Farinacius de hæresi, qu. 179. §. 1. n, 4 Vbi ex Summa Angelica verb. fides n. 6. ponit exemplum de quadam vetula credente Trinitatem esse Vnam fœminam, sic credens ab Ecclesia teneri.

9 Hinc est e contra quod siquis verā opinionem tenens falso putans esse contra Ecclesiam catholicam, est verus hereticus formalis Argumento est, quia tum formaliter à fidei ratione recedit, credens non in vniuersum esse vera ea, quæ ab Ecclesia definita sunt, vt docet Sanchez lib 2. c. 7. n. 30. Farinacius qu. cit. n 2. Ludouicus à Paramo de Origine Sanctę Inquisitionis lib. 3. q. 3. vbi ait, quod tenens aliquam opinionem veram, credens eam esse contra Ecclesiam catholicam, & ortodoxam veritatem, ille esset formaliter hereticus, licet, non materialiter.

10 Non punit autem Ecclesia hos hereticos nec excomunicationis gladio ferit, nisi forte id

pro

ipſum explicent, nimirum ſe exiſtimare talem propoſitionem eſſe definitam, & nihilominus oppoſitum ſentire. Ratio eſt, quia hi hæretici niſi ſe explicent ſunt purè mentales, & per ſe occulti, de quibus Eccleſia non iudicat. Tum etiam quia Eccleſia ſolum punire intendit eos hęreticos, qui aliquid à ſe verè definitum negant, quales hi non ſunt; quandoquidem ſolum negant, quod exiſtimant definitum, cum re vera tale non ſit.

AN INFIDELES COGI POSSINT AD SVSCIPIENDAM FIDEM, ET CONTRA EAM DELINQVENTES AB INQVISITORIBVS PVNIRI QVEANT.

CAP. XI.

1 QVOAD primum dicendum eſt Paganos, & Infideles ſubditos principibus Chriſtianis, qui baptizati non ſunt, cogi non poſſe ad fidem ſibi ſufficienter propoſitam ſuſcipiendam. Conſtat ex cap. ſicut Iudei de Iudeis, & Saracenis. Cap. qui ſincera, cap. de Iudæis diſt. 45. & eſt communis ſententia Doctorum *cum S. Th.*

2. 2. *qu.* 10. *art.* 8. *Turriani disp.* 51. *dub.* 1. *Suarez disp.* 18. *sect.* 3. *n.* 4. *Filliuccij tract.* 22. *c.* 4. *n.* 14. ratio est, quia actus credendi debet esse liber, vnde nec suscipi debet aliquo metu suppliciorum, aut Mortis; multo magis Infideles nō subiecti compelli non possunt ad fidem, immo nec in eos animaduerti, aut bellum suscipi, ex eo quod Infideles sint. Azorius lib. 8. c. 24. qu. 1. Filliuccius, num. 116. Castrus Palaus tract. 4. disp. 2. punct. 6. n. 3.

2 Dicendum secundo Infideles cogi posse à Prælatis Ecclesiasticis ad retinendam fidem, quam semel susceperunt, etiam si primo, & à principio vi coacti, & necessitate compulsi, illam susceperunt, quando coactio fuit conditionata, idest non susciperent baptismum, nec consensū præberent in illius susceptionem, nisi cogerentur; modo tamen in actu suscipiendi voluntariè baptismum susceperint. Secus autem si coactio fuit absoluta, & nunquam huiusmodi consensus fuit adhibitus; in tali enim casu, caracter non imprimitur, vt docet *Suarez*, *tom.* 3. *in* 3. *partem disp.* 24. *sect.* 1. *concl.* 1. & alij. Patet expressè conclusio, ex cap. de *Iudæis dist.* 45. & deductum fuit hoc caput ex Concilio Toletano, 4. c. 56. & habetur eodem cap. *de Iudæis eadem dist.* 45. ibi: *Qui autem iam pridem ad Christianitatem coacti sunt venire, oportet, vt fidem quam etiam, vi, vel necessitate, susceperunt, tenere cogantur; ne nomen Domini blasphemetur, & fides, quam susceperunt, vilis, & contemptibilis habeatur.* Ita Fagundez l. 1. in primū præceptū decal. c. 33. n. 10.

Di-

3 Dicendum tertio Infideles, si subiecti sint Principi Christiano probabile est compelli posse ad audiendam fidem, sic Bannes 2. 2. qu. 10. ar. 10. dub. 4. concl. 4. Suarez disp. 18. sect. 2. nu. 3. Filliuccius loc. cit. num. 117. Castrus Palaus loc. cit pūct. 5. n. 4. Ratio est, quia ex hac obligatione solum compelluntur Infideles solum audire prædicationem, non tamen eam sequi, ac proinde non est compellere ad fidem.

Confirmatur exemplo Iudæorum Romæ, qui certo die compelluntur audire Euangelium per Doctorem Christianum, vt iussit Gregorius 13. Sancta Mater Ecclesia.

4 Nihilominus Castrus Palaus, & alij cum Bannes, putant probabilius, non posse subditos Infideles cogi à Christiano Principe ad audiendam fidem. Et ad Consuetudinem Romanam respondent, quod multa imposita Iudæis nolentibus audire Euangelium, non est pœna, sed quoddam tributum, quod Romanus Pontifex ab illis exigere potest.

5 Certum tamen est, posse Ecclesiam per se, vel medijs Christianis Principibus, compellere quoscumque Infideles, ne prædicationem legis Euangelicæ, & propagationem fidei impediant. Quare si Infidelis aliquis Princeps, blasphemijs, & Irrisione in fidem, iniqua persuasione, vel persecutione prædicationem impedit, potest Ecclesia cum vi, & armis comprimere huiusmodi Infideles, & bello punire; sic cōmuniter Doctores, quos citat Filliuccius n. 118. & constat ex pluribus decretis relatis 23. qu. 8. Ratio est manife-

nifesta, quia iure naturæ cuilibet est concessum iura sua defendendi, & ea, quæ sibi contraria sunt, propulsandi; Sed Christiana Respublica habet ius à Christo Domino, Marci vltimo *prædicandi Euangelium omni creaturæ*, ergo habet ius defendendi hanc prædicationem, & propulsandi sibi contraria. Vide Fagundez in primum præceptum decalogi lib. 1. cap. 33. nn. 20.

6 Quo ad secundum dicendum est Infideles subiectos temporaliter Christiano Principi, vel Ecclesiæ, cogi posse, vt deponant errores rationi naturali contrarios, & remoueri à falso cultu, & superstitione Deorum, & nihil audeant perpetrare in contemptum, vel iniuriam Christianæ Religionis, sic S. *Th.* 2. 2. *qu.* 10. *art.* 10. *&* 11. & ibi expositores, *Bannes dubio* 2. *Suarez disp.* 18. *sect.* 4. *num.* 9. *Coninch disp.* 18. *dub.* 12. *concl.* 2. *Filliuccius loc. cit. nu.* 19. *Castrus Palaus loco cit. punct.* 7. *nu.* 1. sic etiam *Eymericus in Directorio Inquisit. par.* 2. *qu.* 46. per totam, & ibi *Pegna Comm.* 71 qui multos alios refert.

7 Et ad maiorem declarationem Sãctissimus Dominus Greg. 13. in quadam Bulla, quæ incipit. *Antiqua Iudæorum improbitas*, relata per Pegnam in fine Directorij pagina mihi 139. aliquos casus particulares explicat, in quibus fidei Inquisitores procedere possunt contra Iudæos, & Infideles non baptizatos.

8 Primus casus in Bulla est, *Si quis Iudæus, aut Infidelis, ex ijs, quæ circa fidem cum illis nobis sunt cõmunia, veluti Deum Vnum, & Aeternum, Omnipotentem, Creatorem omnium visibilium,*

lium, & inuisibilium, & similia, non esse asseruerit, prædicauerit, vel priuatim alicui insinuauerit. Et hic casus iuri communi etiam innititur. Vide Pegnam, & Eymericum loc. cit. qu.46. nu. 4. & Com 71.

9. Secundus casus, *si Dæmones inuocauerit, consulueritue aut eorum responsa acceperit, ad illos, vel sacrificia, aut preces ob diuinationem, aliamuè causam direxerit, aut quid eis immolauerit, vel thuris, alteriusque rei, fumigationes obtulerit, aut alia quæuis impietatis obsequia præstiterit*. Et de hac re affert casum decisum Eymericus loc. cit. per Gregorium 11. contra quemdam Iudæum, qui demonem inuocauerat, quod per Episcopum Barcinonensem, & Inquisitorem in Aragonia puniretur.

10 Tertius casus, *si Christianos, verbo, facto, vel exemplo, aut quouis alio modo nefaria huiusmodi docuerit, vel ad ea perpetranda perduxerit, vel perducere attentauerit.*

11 Quartus casus, *si Saluatorem Dominum nostrum Iesum Christum purum hominem, vel etiam peccacorem fuisse, Matremuè Dei non esse Virginem, & alias huiusmodi blasphemias, quæ per se hæreticæ dici solent, in Christianæ fidei ignominiam, contemptum, aut corruptionem impiè protulerint.*

12 Quintus Casus. *Si cuiusuis eorum opera, auxilio, consilio, vel fauore aliquis Christianus à fide desciuerit, quamquè semel susceperat abnegauerit, vel ad Iudæorum, seù aliorum Infidelium ritus, cæremonias, superstitiones, vel im-*

pias sectas transierit, vel redierit, seu in hæresim aliquam inciderit, aut Christi fidem abneget, seu in hæresim incidat; opem, consilium, fauorem nuè, quomodocumque præstiterit.

13 Sextus Casus, *Si quis Cathecumenum, vel quemcumque ex Iudæis, aut Infidelibus, Deo inspirante, ad fidem Christi venire volentem, post declaratam, nutu, verbo, facto, aut quocumque alio mō, à fide, vel fidei instructione, aut sacri baptismi susceptione retrahere, auertere, vel dehortari, aut nè ad fidem veniat, neuè regenerationis lauacro abluatur, quòuis modo impedierit.*

14 Septimus casus, *Si quis Apostatas, seu hæreticos scienter domi acceptauerit, aluerit, occultauerit, cbomeatu iuuerit; aùt de loco ad locum eos deduxerit, vel associauerit. Vel eis quomodolibet opem, auxilium, vel fauorem præstiterit.*

15 Octauus casus, *Si libros hæreticos, vel Thalmudicos, aùt alios Iudaicos damnatos, vel aliàs prohibitos retinuerit diuulgauerit, vel in quacumque loca detulerit, aùt ad eam rem opem suam accomodauerit.*

16 De duplici Thalmud Hæbreorum Hierosolimitano, & Babilonico, vbi Rabini scripturas Sacras corruperunt extat Decretum Cardinalium Generalium Inquisitorum tempore Iulij Tertij Pontificis Maximi, relatum à Pegna *in fine Directorij, folio mihi* 119. quod comburendi sint omnes libri Thalmudici, *& Innocentius* 4. *in Bulla Impia Iudæorum perfidia* relata per Pegnā *loc. cit. pagina mihi* 4. *& Gregorius* 9. iusserunt Thal-

Thalmudicos libros igne comburi.

17 Nonus casus, *Si Christianos deriserit, Redemptionisque nostræ hostiam salutarem in Ara Crucis Immolatam Christum Dominum, ludibrio habens quandocumque, maximè verò in Sacro Parasceues die, Agnum, seù Ouem, vel quid aliud Cruci affixerit, aut appenderit, in eamuè conspuerit, seù quomodocumque contra eam fecerit.* Et circa hunc casum *in cap. quia super his, de Iudæis*, generaliter Iudei inter Christianos habitantes prohibentur ostia, & fenestras in die Parasceues apertas habere; imò tota die clausas tenere coguntur, nè eodem die in contumeliam Christi Domini, & Redemptoris nostri Christianos derideant, & *in cap. verò in nonnullis de Iudæis*, pręcipitur Iudæis nè in diebus lamentationis, & Dominicæ Passionis in publicum prodeant: solebant enim in contemptum, & odium Christianorum, hisce diebus cultiores in publicum prodire, & lętiores, ac hilariores procedere. Vide *Azorium tom.1.lib. 8. cap.22.qu* 10.

18 Decimus casus, *Si nutrices Christianas contra Sacrorum Canonum statuta, diuersorumquè Romanorum Pontificum Sanctiones adhuc retinuerit; aùt eas retinens die, qua Sanctissimum Eucharistię Sacramentum sumpserint lac vno, vel pluribus diebus, in Latrinas, Cloachas, & alia loca effundere coegerit. Vide Carenam de modo procedendi in causis Sancti Offici; tit. 14. de Iudæis per totum*, qui fusè de his casibus tractat.

19 Tandem queri hoc loco solet num Iudeus ad Saracenorum Sectam transiens possit ab

Inquisitoribus puniri. Et negatiuè existimat Oldradus *consilio* 51. *Si Iudæus*, *Albertinus in rubrica*, *Cod. de Iudæis*, *col.* 1. *vers. quæro circa hãc*, *Ioannes Andreas in Addit. ad speculum in rubrica de Iudæis circa finem*, *Ioannes de Anania in cap. ex speciali in fine de Iudæis*, & *Romanus in singular.* 687. *Sousa in Aphoris. Inquisit. lib.* 1. *ca.* 37. *nu.* 27.

20 Sed probabilior sententia est amplectenda, quod talis Iudæus ab Inquisitoribus puniri possit, & coercendus sit, sic docuerunt *Campegius ad Zachin. de hæreticis cap.* 36. *littera B. in fine*, & *Decianus tract. crimin. lib.* 5. *cap.* 12. *nu.* 34. & sequuti sunt *Diana p.* 4. *tract.* 7. *resolut.* 2. & *Carena loc. cit.* §. 5. *num.* 13. & hęc sententia nullam habere videtur dubitationem post Bullam Gregorij 13. cum enim Secta Saracenorum multa contineat discrepantia à rebus, quas cõmuniter credunt Iudæi nobiscum, vt videre est ex *Eymerico in Directorio p.* 2. *qu.* 46. *num.* 12. *vers. respondetur quod Iudæi*. si Iudęi ad Saracenorum Sectam transeunt per consequens necessariò in aliquibus cõmunibus Iudęis, cum Christianis discrepant, & ita formaliter sub verbis Bullæ in primo casu comprehenduntur.

21 Animaduertendum est autem pro hac materia, quod hodie in Vrbe, atque in aliquibus Italię partibus, quẽadmodum olim etiam in Hispania antè prohibitionem Religiosissimi Principis Ferdinandi, Iudęi habitare, & suos ritus festiuitatesque celebrare permittuntur; secus autem Saraceni, vel alij Infideles, *vt in cap. Iudæi*

dæi de Ciuit. & cap. consuluit de Iudæis; probant enim Veteres Sinagogas Iudęos posse habere, *& cap. sicut Iudæi eo titulo* quod Iudęi in festiuitatum suarum celebratione à Christianis minimè molestentur, & alia iura quę refert *Royas de hæreticis p. 1. n. 568.*

22 Non sic est de Saracenis, & alijs Infidelibus, *l. 2. cod. de Paganis. l. 2. cod. de Summa Trinitate, & fide catholica. l. Conuenticula, cod. de Episcopis, & Clericis. Clementina vnica de Iudæis*, vbi *Cardinalis n. 3. & Ioannes de Imola* referunt rationem discriminis; quia Iudęi colunt Deum Vnum, & Verum, Saraceni verò Mahomettum hominem facinorosum, & nefandum. *Et Ioannes Ananias, & Abbas in dicto capitulo consuluit de Iudæis*, asserunt, quod ex eo Iudęi sustinentur, quia est spes de eorum conuersione, atque, vt facilius ad fidem trahantur. *Baldus denique in dicta l. 2. Cod. de Summa Trinitate, n. 4.* Inquit quod Iudęi non sunt adeo detestabiles sicut hęretici; fides enim Iudęorum habuit principium veritatis. Latè *Petrus de Carcasona in l. quoniam, in fine, Cod. de hæreticis.*



DE

DE VARIIS PROPOSITIONVM CENSVRIS, SEV Qualificationibus.

CAP. XII.

1 DE hac materia disputant Theologi in tractatu de fide, *Alphonsus de Castro lib. 1. de iusta hæreticorum punitione cap. 3. Canus lib. 12. de locis Theologicis cap. 18. &* Interpetres D. Thome 2. 2. *qu.* 11. *art.* 2. & alij quam plures. Sciendum vero est assignari à Doctoribus varios gradus propositionum, quos ipsi desumpsisse videntur ex *Concilio Constantiensi sess.* 8. *&* 15 Vbi damnantur propositiones Ioannis Vuicleph, & Ioannis Hus, & dicit Concilium quasdam propositiones esse hereticas, quasdam erroneas, quasdam piarum aurium offensiuas, alias scandalosas, alias temerarias.

2 Propositio heretica est illa, quę habet omnimodam contrarietatem cum obiecto fidei, illa autem dici debet habere omnimodam contrarietatem, quę negat quod in se, & expresse est à Deo reuelatum; sic *Castrus Palaus tom.* 1. *tract.* 4 *disp.* 3. *punt.* 1. *n.* 3 Vel propositio heretica dicitur, quę apertè alicui cattholicę veritati de fide definitę, contraria est. *Simanchas de cattholicis Institutionibus tit.* 54. *n.* 3. *Albertinus de* agno-

agnoſcendis aſſertionibus qu. 6. n. 1. *Suarez de fide diſp.* 19 *ſect.* 2. *n* 2.

3 Quidam autem putant non ſufficere hanc directam contradictionem fidei, aut cattholicę veritati, vt propoſitio hęretica dicatur, niſi accedat pertinacia in proferente, ſeù ab hęretico prolata ſit; quod ſi ab alio dicta fuerit dicetur propoſitio contraria fidei, ſed hęretica propriè non erit: eo quod contradicere quis poteſt obiecto fidei ignoranter, ſic *Caietanus* 2. 2. *qu.* 11. *art.* 1. *& ibi Bannes art.* 2.

4 Sed melior, & cōmunior ſentētia eſt, quod omnis propoſitio contraria fidei hęretica propriè eſt. Neque enim pendet ex proferente, an hęretica dici debeat nec ne, *ſic Alphonſus de Caſtro loco cit. lib.* 1 *cap.* 1. *Simanchas loc. cit. nu.* 4. *Caſtrus Palaus loc. cit. n.* 1. Vnde diſtinguendum potius eſt: quod aliud eſt loqui de propoſitione hęretica formali; aliud de obiectiua, & materiali; concedimus enim ad propoſitionem hęreticam formalem, quę idem eſt, ac hęreſis, requiri pertinacia; At ad propoſitionem hęreticam obiectiuam, ſeù ad obiectum hęreſis pertinacia non requiritur, qui hoc obiectum in ſola contradictione cum obiecto fidei conſiſtit.

5 De erronea propoſitione, in quo ab hęretica differat, quamuis certent Theologi, vt inquit *Simanchas in Encheridion tit.* 24. *n.* 5. *apud Royas de hæreticis p.* 1. *n.* 476. nihilominus magis communiter propoſitio erronea dicenda eſt illa, quę contradicit obiecto fidei non immediatè, ſed mediatè; quia non negat obiectum, quod

eſt

est in se reuelatum, negat tamen obiectum, quod est reuelatum in sua causa, vt si negetur: Christũ esse visibilem, sic *Castrus Palaus loc. cit.* vel vt alij dicunt: Erronea propositio dicitur, quę directè contradicit non ipsi fidei, sed conclusioni euidenter ex principijs fidei deductę, Sic *Malderus, 2. 2. qu. 11. art. 2. membro. 5. ad tertium Turrianus de fide disp. 55. dub. 3.*

6 Sed valdè etiam probabiliter multi alij asserunt; propositionem erroneam eam esse, quę est contra veritatem aliquam ab Ecclesia non definitam, vel non omnibus manifestam: exemplum dat *Suarez de fide disp. 19. sect. 2. num. 13.* huiusmodi propositionis erroneę, videlicet: Beata Virgo peccauit venialiter aliquando, ante Concilium Tridentinum hęc propositio fuit erronea tantum, quia non erat tunc definita; licet contraria assertio semper fuerit catholica. *Simanchas tit. 54. cit. n. 8. Albertinus qu. 6. nu. 8. Ludouicus à Paramo de origine Sanctæ Inquisitionis lib. 3. qu. 3. num. 105. Bariola in floribus directorij tit. de varijs propositionum gradibus. Carena loco cit nu 5.*

7 Neque admittendum puto, quod ait *Royas de hæreticis p. 1. n. 475.* quod erronea propositio est assertio contraria aliquibus, quę in Sacra Pagina proponuntur credenda non principaliter propter se, sed propter aliud, & de re non graui, & ponderosa; veluti si quis errore etiam cum credulitate ductus dixisset: Isaac non fuisse filiũ Abrahę; vel quod Tobias non habuerit Canem; vel Aaron quod Barbam non habuerit. Sed contra

tra communiter *Doctores* existimant qualemcũque assertionem contra Sacram Scripturam esse hęreticam. *Ricciullus de iure personarum extra Ecclesiæ gremium existentium*, *lib.* 5. *cap.* 8. *nu.* 4. *Albertinus qu.* 30. *n.* 15 *de Agnoscendis assertionibus*. *Carena loc. cit* §. 1. *n.* 4.

8 Propositio Hęresim sapiens, quatenus ab hęretica, & erronea distinguitur, dicitur ea, quę non per euidentem consequentiam, sed per cõsequẽtias probabilissimas, & moraliter certas obiecto fidei contradicit; sic *Lorca* 2. 2. *disput* 40. *nu.* 10. *Coninch de fide disp.* 18. *nu.* 131. *Suarez de fide disp.* 19. *cit. sect.* 2. *n.* 15. & ratio est, quia proferens propositionem sic obiecto fidei contradicentem suspectus redditur hęresis, & efficitur sanè hęresim sapere.

9 Hęc item propositio hęresim sapiens à Bariola *in floribus Directorij tit. de varijs propositionum gradibus*, §. *quid propositio hæresim sapiens*, ea dicitur, ex qua cum Notorio vero, quod negari non potest sequitur hęresis; vt si quis diceret; omnis homo existens Romæ est in peccato mortali: nam ex hac propositione, iuncta alia notiore vera; Infantes Romæ existentes sunt homines; sequitur hæresis, nimirum Infantes nouiter baptizatos esse in peccato mortali. Et hic modus explicandi huius propositionis placet etiam *Suario disp cit. sect.* 2. *n.* 17.

10 Propositio malè sonans, vt distinguatur à supradictis, dicitur ea, quæ duplicem sensum proprium habet, alium cattholicum, alium hæreticum; sed quia frequentius secundum sensum hære-

hæreticum accipitur, absolutè prolata, malè sonat; sic *Lorca*, *Coninch. n.* 133. *Suarez cit. num.* 18. qui benè aduertit aliquando propositionem esse malè sonantem non ex se, sed ex conditione personæ proferentis, eo quod proferens suspectus sit, E. G. fides iustificat; nam nunc, attentis heresibus recensioribus, dicitur malè sonare, ita *Ludouicus à Paramo de origine Sanctæ Inquisitionis*, *lib.* 3. *qu.* 3. *n.* 107.

11 Temeraria propositio est illa, quæ in rebus ad fidem, vel bonos mores pertinentibus sine regula rationis procedit, & omni prorsus caret autthoritate; sicut est propositio asserens, quod Mundus finietur infra centum annos; Christus mansit per quadraginta dies à Resurrectione vsque ad Ascensionem in Arca fœderis. Discipuli Ioannis Baptistæ fuerunt illi, qui in Passione Christi clamauerunt tolle, tolle crucifige eũ. Ita *Alphonsus de Castro loc. cit. & Albertinus de Agnoscendis assertionibus Cattbolicis quæst.* 6.

12 Scandalosa, aut Piarum Aurium offensiua dicitur quælibet ex supradictis, aut alia, si occasio sit alteri errandi, vel malè de fide sentiẽdi, E. G. Hæretici sunt tollerandi, & non occidẽdi. Ieiunare impertinens est perfectioni Christianæ. Maioris meriti est Elemosinam pauperi elargiri, quam pro Missæ Sacrificio offerre. Ineptum est pro oratione offerre salutationem Virginis *Ita Alphonsus de Castro loc. cit.*

13 Propositio Scismaticha, siue Seditiosa est, quæ vnionem membrorum Ecclesiæ, aut vniuersallter, aut particulariter quomodolibet tollit; E. G.

E. G. possunt dari in Ecclesia duo Pontifices. Episcopus non est simplici Sacerdoti Superior. Papa non est Superior cæteris Episcopis, malo Prælato non est obediendum. *Sic Alphonsus de Castro, & Albertinus cit. Simanchas de cattholicis Institut. tit.* 54. *n.* 14.

14 Propositio impia ea est, quæ contra pietatem cattholicam asseritur, vt si quis negaret esse orandum pro animabus existentibus in Purgatorio, vel Indulgentias Papæ pro illis concessas non prodesse; Idem est dicendum si assertio esset contra præcepta *Dei*. *Albertinus cit. num.* 12.

15 Propositio iniuriosa est ea, quæ alicui fidelium statui, vel alicui illustri personæ detrahit, huiusmodi sunt, multæ assertiones Vuicleph, & Ioannis Hus, quæ in Concilio Costansiensi dãnatæ snnt *sess.* 8. *&* 15. vt asserere quod, qui Religionem ingreditur, ineptior redditur ad osseruantiam mandatorum Dei; Religiosi viuentes in Religionibus priuatis non sunt de Religione Christiana. Ecclesia Romana est Sathanæ Sinagoga. *Ita Alphonsus de Castro loc. cit.*

16 Propositio, quæ dicitur Blasphema à Blasphemia denominatur, quæ propriè, est irrogatio iniuriæ Deo factæ, cum illi attribuitur, quod ei non conuenit; quod est contra misericordiam, aut cũ ab eo remouetur, quod ei conuenit; quod est contra Iustitiam. Aùt cum creaturæ tribuitur quod est proprium Dei, quod est contra Maiestatem. *Ita Albertinus loc. cit. n.* 13. *&* 14.

Ani-

17 Animaduertendum est autem circa huiusmodi propositionum censuras ex *Alphonso de Castro lib. 1. de iusta hæreticorum punitione c. 3.* quod huiuscemodi propositionum gradus non sunt ita ad inuicem distincti, & separati, vt vni, & eidem assertioni conuenire non possint; immò sæpè aduenire solet, vt vni soli propositioni plures notæ, & censuræ ex supradictis conueniant. Sic etiam *Simanchas tit. 54. n. 19. Albertinus qu. 6. n. 27. Suarez de fide disp. 19. sect. 2. n. 2.* Probat Alphonsus de Castro; quia vna ex pestiferis propositionibus Vuicleph hæc est: Religiosi viuentes in Religionibus priuatis non sunt de Religione Christiana; Est simul hæretica, scandalosa, temeraria, scismatica, & iniuriosa. Hæretica est; quia contra vniuersalis Ecclesiæ definitionem sentit. Scandalosa, quia homines ab ingressu Religionum auertit, & professis, vt vota, quę Domino vouerunt non reddant, suadet. Temeraria dicetur; quia nulla prorsus ratione, aut authoritate fulcitur: sed omnium Sanctorum virorum turbę contradicit. Schismatica ideò merito censenda est, quia Ecclesiæ vnitatem diuidit, cum Religiosos ab illa separat. Iniuriosa denique, quia omnibus Religionibus, & illarum Religiosis est iniuriosa, vt patet.

18 Animaduertendum secundo cum *Suario loc. cit. n. 21.* quod non solum quis potest errare circa propositionem, sed etiam circa illius censuram: quare si propositionem de fide, vel theologicam, vel à Doctoribus receptam, dicat esse erroneam, vel falsam, vel scandalosam, vel te-

mera-

merariam; errorem committit, vel herefim sapit, vel temerarius existit, ac si de facto propositionem negaret, quia virtualiter illam negat; & insuper contra rationem nota Infamiillam inurit .*Castrus Palaus loc.cit.n.9.*

19 Sed queres an Ecclesia errare possit in assignandis propositionum censuris.

Certum est autem de fide, Ecclesiam errare non posse in qualificatione harum propositionum, & in assignandis earum censuris, docet *Bannes 2.2.qu.11. art. 2. in fine,* esse errorem, vel errori proximum asserere Ecclesiam posse errare in his censuris assignandis. *Turrianus disp.* 55. *dub.* 3. dicit esse valdè certum eam non posse in ea definitione errare. Sed statuendum est cum *Maldero 2.2.qu.11.art. 2.membro 5.in fine. & Coninch disp.18.dub.8.n.134.* Esse de fide eam non posse errare. Ratio est, quia Ecclesia 1. *ad Timotheum* 3. dicitur columna & firmamentum veritatis. *Et Ioannis* 14. *&* 16. promittitur ei Spiritus veritatis, siuè perpetua assistentia Spiritus Sancti, qui doceat eam omnem veritatem, quod videtur intelligendum, non solũ in definiendis fidei veritatibus; sed etiam de his, quæ aliquo modo ad fidem pertinent, quales Sunt harum propositionum qualificationes. Et explicatur, quia cum Ecclesia declarat aliquam propositionem esse erroneam, planè definitio pertinet proximè ad fidei veritates; quia propositio erronea est contraria conclusioni deductę euidenter ex principijs fidei, ergò non potest Ecclesia in hac censura errare, nisi er-

rans aliquo modo circà fidei veritates.

20 Præterea nec potest Pontifex errare cum iudicat aliquam propositionem esse probabilem vt olìm definiuit Clemens *in clementina vnica de summa Trinitate*, in qua approbat vt probabiliorem opinionem asserentium in baptismo infundi paruulis habitus virtutum theologarum; si n. in hoc Pontifex errare posset, vergeret in detrimentum fidei, quia opinionem, quam Pontifex approbat, vt probabilem, vel probabiliorem, tota Ecclesia debet, vt talem, amplecti, & ex illa ad alia discurrere. vndè posset contingere circa res fidei grauis error. *Turrianus loc.cit.*

21 Quæres 2. an Inquisitores possint procedere contra proferentes propositiones scandalosas, temerarias, & similes catholicę fidei minimè conformes.

Et respondeo, quod Concionatores, & quicumque exempti asserētes propositiones suspectas, scandalosas, periculosas, errores continentes, & alias catholicę fidei minus consonas, Christianæque pietati, ac bonis moribus minimè conformes, ex constitutione *Pauli tertij, quæ incipit in Apostolici culminis specula*, quæ habetur *inter Bullas Apostolicas post Directorium Inquisitorum, folio mihi* 109. ab Inquisitoribus puniuntur, Et etiam ab Episcopis tamquam sedis Apostolicæ delegatis vigore *Concilij Tridentini sess.5.c.2.* Vnde Episcopus, & Inquisitor cū contra Concionatores tales propositiones in publicis concionibus asserentes procedunt, sunt æqualis authoritatis, cum ambo, vt sedis Apostolicę

ſtolicę delegatis, procedant: ſecùs verò cum contrà laicos, eaſdem propoſitiones priuatìm aſſerentes procedunt; quandòquidem tunc Inquiſitor procedit utì ſedis Apoſtolicę delegatus; Epiſcopus verò vt ordinarius ordinaria facultate ſibi de iure communi competente. vide *Carenam de modo procedendi in cauſis Sancti Officij tit.* 16. §. 4. *n.*15.16.*&* 17.

DE VARIIS MODIS, ET GRADIBVS HAERETICAE Propoſitionis.

CAP. XIII.

1 HÆretica propoſitio, quia ea eſt, quæ alicui catholicæ veritati opponitur, & quoniam ex pluribus capitibus oriri ſolet iuxtà varios modos, quibus catholicæ veritati opponitur, hinc difficillimum eſt in hac materia hæreticas cognoſcere propoſitiones, ideò conſiderandi ſunt gradus, ſeu genera Catholicarum veritatum, vt hæreticę propoſitiones eis aduerſantes dignoſcātur; de hac re agit *Eymericus in Directorio p.*2.*qu.*2. & ex Doctrina *Sancti Thomæ* 1. *par.qu.*32.*art.*4.*&* 22.3.*qu.* 11. *art.* 2. ait, quod propoſitio aliqua, ſeu articulus hęreſis eſt, & hęreticalis habendus eſt ex triplici capite; Vel quia eſt primò contra aliquem fidei articulum

in Symbolo fidei cōtemptum, vt quod Dei filius nō fuit Incarnatus; Vel secūdò, quia est cōtra Ecclesię determinationem. Vel tertió, quia est cōtra Sacram Scripturam per Ecclesiam approbatam. Et vt animaduertit *Pegna ibidem Com.27.* ex hoc non negat Eymericus, quin, & alijs quibusdam modis propositiones hęreticę esse possint: quāobrem varij gradus à Doctoribus numerantur, quibus propositio dicatur aut fiat hęretica, vt videre est ex *Ioanne Gersone, & Turrecremata apud Albertinum de Agnoscendis assertionibus qu. 5. & eumdem Pegnam*, Qui tamen ex *Melchiori Cano lib.12. cap. 6 ad* Octò regulas, & gradus redigit omnem catholicam veritatem, vt indè hęretica dogmata dignoscantur.

2 Primus gradus catholicarum veritatum est earum, quę in Canone Sacrę Scripturę veteris, aut noui testamenti in propia verborum forma continentur, vt est ista, In principio creauit Deus Cœlum, & terram; In homine inspirauit animam viuentem. *Albertinus de Agnoscendis Catholicis assertionibus dicta qu. 5. n. 3. Pegna loc. cit. vers. sit ergò prima regula* Hinc est quod assertio, quę huic veritati contrairet esset hęretica.

3 Secundus gradus catholicę veritatis, est quidquid Ecclesia vniuersalis in Concilio Generali legitimè congregato tamquam ad fidem Christianę Religionis pertinens definitum est, id pro catholica veritate accipiendum est. & Ratio est manifesta; qnandoquidem de fide est Concilium Generale à Pontifice confirmatum errare non posse in his, quę fidei sunt, vt benè

scribit

ſcribit *Cardinalis de Turre Cremata de poteſtate Eccleſiæ lib.* 3. *c.* 58. traditur *in c. Significâſti de electione;* quia quod fit à Concilio videtur factum reuelatione diuina *Cap. fruſtrà* 8. *diſt.* & optimè probat Cardinalis Bellarminus *tom.* 1. *lib.* 2. *de Conciliorum authoritate c.* 2. 3. & 4. Vide *Turrianum diſp.* 18. *dub.* 3. & *Caſtrum Palaum tract.* 4. *diſp.* 1. *punct.* 5. *§.* 7. *n.* 3. Hinc Sanctus Gregorius *in c. ſicut diſt.* 15. ait: Sicut Sancti Euangelij quatuor libros, ſic quatuor Cōcilia ſuſcipere, & venerari me fateor: vnde ſecunda ſpecies hęreſis eſt, veritati huius ſecundi gradus catholicæ veritatis quę cōtradiceret; vt ſi diceretur: Spiritū Sanctū non procedere à Patre, & Filio, vt eſt deciſum in *Concilio Lugdunenſi, & habetur in c. de Spiritu Sancto de conſecrat. diſt. vlt. & in c.* 4. *de ſumma Trinitate lib.* 6. *Albertinus n.* 7. 8. & 9. *Pegna loc. cit ver.* 2. *regula*.

4 Tertius gradus catholicæ veritatis eſt, ſi ſedes Apoſtolica, Summuſque Pontifex, maturo conſilio, quippiam tamquam ad fidem ſpectans definiat, id pro catholica veritate cenſendum eſt, Ratio eſt, quia de fide eſt Romanum Pontificem errare non poſſe in rebus fidei proponendis, vt cōmuniter probant omnes catholici Doctores: *Vualdenſis lib.* 2. *de doctrina antiquæ fidei c.* 47. & 48. *Turrecremata lib.* 2. *Summæ à c.* 107. *vſq. ad c.* 112 *Turrianus diſp.* 16. *dub.* 1. *Caſtrus Palaus loc. cit. punct.* 5. *§.* 2. *n.* 6. *alios referens.* Patet *ex cap. omnes diſt.* 19. vbi ſic dicitur: *Omnes Apoſtolicæ ſedis ſanctiones, ſic accipiendæ ſunt tamquam Ipſius diuina voce firmatæ*. Hinc tertia Species

hæresis est ea, quæ veritati determinatę, & definitę ab Apostolica sede, contrariatur; *ut cum Benedictus* XII. *definijt, Animas corpore exutas si nihil purgandum habuerint visione diuinæ essentię frui. Albertinus n. 12. Pegna vers. sit 3. regula.*

5 Quartus gradus catholicę veritatis est consentiens Sanctorum omnium sententia, aut scripturarum Interpetratio, siuè intelligentia, in docendo aliquid ad rectam fidem spectare pro catholica veritate, idest accipiendum, & obseruandum; & contraria interpetratio heretica est censenda, vndè *Sanctus Hieronymus ad Galatas* 5. *Quicumque aliter scripturam intelligit, quam sensus Spiritus Sancti efflagitat, à quo scripta est, licet ab Ecclesia non recesserit, tamen hæreticus appellari potest*; Et ob hanc rationem Origeniani fuit *in 6. Sinodo generali* damnati, quod nouas scripturarum expositiones contra Maiorum Traditiones inuenerint; Ait n. *Sofronius de Origenianis loquens: multa alia extra Apostolicam, atquè paternam traditionem asseruerunt, Paradisi plantationem proijcientes, in carne Adam formatum fuisse nolentes, ex eo Euam formatam fuisse vituperantes, serpentis sonitum vituperantes. Pegna loc. cit. vers. sit 4. regula.*

6. Quintus gradus catholicarum veritatum est, si ex Apostolorum traditione, communis Ecclesiæ vsus aliquàm scripturæ Interpetrationem acceperit, aùt aliud quippiam circà Sacramentorum ritus, aùt res alias Ecclesiasticas ad cultum diuinum spectantes ad fideles deuenerit; sanè cum Christus viueret in carne mortali,

tali, & Apostolos multa docuerit, & fecerit, quę in Sacro Canone non habentur secundum illud *Ioannis vlt. multa alia fecit Iesus, quæ non sunt scripta in libro hoc*. multasque alias virtutes catholicas Christus Apostolis pręcepit docendas, quę in scriptura non habentur. Hinc 2. *ad Thessalonicen.* 2. *Tenete traditiones, quas accepistis, siuè per sermonem, siue per Epistolam.* Vide *Bellarminium tom.* 1 *de verb. Dei non scripto: c: 3: vndè Augustinus in c. Eccles.* 11. *dist. & dicit textus, in cap. Cum martha de celebrat. missarum*, ait: *Sanè multa tam de verbis, quam de factis dominicis, inueniuntur ab Euangelistis omissa, quæ etiam Apostoli, vel suppleuisse verbo, vel facto exposuisse leguntur*, vt est, quod vsus signi Crucis sit in Ecclesia, & quod fideles tali signo debeant insigniri, vnde esset heretica assertio, quę opponeretur huius quinti generis catholicę veritati, quā Ecclesia ex Apostolica traditione credit. *Albertinus loc. cit. n. 6. Pegna loc. cit. vers. sit 5. regula.*

7 Sextus gradus; Quodcumque fidei dogma, quod vel Ecclesia habuerit, vel Concilium authoritate Papę roboratum ediderit, vel summus Pontifex Romanus fidelibus præscripserit, proindè nobis id ꝑ catholica Veritate habendū est, vt contraria Sentētia hęretica censeatur. Hic gradus apertissimè ex superioribus patet. *Pegna vers. sit 6. regula*.

8 Septimus gradus catholicę veritatis: Si Ec- Ecclesia, Concilium, aut sedes Apostolica, vel etiam Sancti Pattres vna voce, & consensu aliquam Theologię conclusionem confecerint, &

fidelibus præscripserint, hęc veritas catholica putanda est, & qui ei aduersatur hæreticus censendus est: Vocatur autem Theologiæ conclusio ea, quæ ex principijs scientiæ Theologicę certa, & firma consequutione deducitur. E. G. 6. *Generalis Synodus actione 4. & actione 16.* duas in Christo voluntates statuit, item duas operationes, Diuinam vnam, humanam alteram, ex eo, quod Christus Deus est, & homo perfectus. eodem quoque modo *Innocentius tertius in Concilio Lateranensi cap. 1. & refertur in C. firmiter extrà de summa Trinitate, & fide catholica*, Sillogismo theologico, conclusit adversus Abbatem Ioachimum, Essentiam diuinam nec genitam esse nec generare. Ergò quidquid ratione theologica ex principijs theologię bona consecutione collectum fuerit eo modo, quo dictum est, id prò catholica veritate habendum, & contrarium hęreticum existimandum est. *Pegna vers. sit septima regula.*

9 Octauum alium gradum addit Canus loc. cit. nempè si Scholastici theologi aliquam itidem conclusionem firmam, & stabilem vno ore statuerint, atquè vt certum theologię decretum, fidelibus amplectendum, constanter, & perpetuò docuerint, illam vt catholicam veritatem fideles sanè amplectuntur. Sed reuerà non videntur Theologi scholostici tantam habere authoritatem, vt cõmunis eorum sententia ita statuat catholicas veritates, quod sint infallibilis veritatis. Ratio est quia cõmunis Doctorum consensus antè approbationem Pontificis non est regula infalli-

fallibilis veritatis, docet *Castrus Palaus tract.* 4. *disp.* 1. *punct.* 6. *§.* 8. *n.* 1. vide *Pegnam dict. Com.* 27. *vers. sit iam tamdem.*

AN AD QVALIFICATORES THEOLOGOS PERTINEAT IVDICIVM, ET Censura propositionum HAERETICALIVM, AC DE FIDE SVSPECTARVM

CAP. XIV.

AD ferendum Iudicium de qualitate, vel censura propositionum necessaria est maxima notitia non solum propositionis, de qua agitur, sed etiam authorum, qui de ea, vel cursim, vel ex instituto disputationem susceperunt, vt benè animaduertit *Turrianus de fide disp.* 55. *dub.* 3. ideò ad Theologorum, seu Qualificatorum munus pertinet suo Iure in Sacro fidei Tribunali de qualitate propositionum, quę ab here-

reticis, vel de heresi suspectis prolatę sunt, cognoscere, & iudicare. *Simanchas tit.* 54. *rubrica de proposit. qualit. n.* 1. Hinc est, quod qualificatorum nomine Theologi vocantur in Sanctę Inquisitionis officio à qualitate propositionum, de quibus iudicare debent. seu ex qualificandis huiusmodi propositionibus.

1 Horum qualificatorum responsa, quibus propositionum qualitates continentur actis iudiciarijs processus, ab eisdem subscripta inserenda sunt, perindè, ac dicta testimoniaque aliarum rerum peritorum. *Simanchas ibidem, n.2.& Royas de hæreticis, p.1.n.* 402. qui affert Instructionem Madriticham dicens: *cuiusuis propositionis declaratio ad Theologos attinet, & spectat, & ab eorum assertionibus in causis fidei iudicandis minimè est recedendum, vt in Instructione de Madrid anno* 1561.*c.*1 *Quod etiam per prudentissimos Consiliarios supremi Concilij Generalis Inquisitionis plenius decretum* est. Idem refert *Diana p.* 4.*tract.*8.*resolut.*84.*& Martinus del Rio lib.*5. *disquisitionum magicarum sect.*15. *in fine* 1.*axiomatis*, vbi ostendit, quod quandò dubium est, sint ne sortilegia hęresim sapientia, vel non, hoc iudicare, vel cognoscere, non ad Inquisitores pertinere, sed ad Theologos Qualificatores.

2 Hinc est, quod Albertinus *de agnoscendis Catholicis assertionibus qu.* 10. *n.*8.9.*& sequētibus* asserit, quod in qualificandis propositionibus, & factis hereticalibus Theologi sunt consulendi, exemplo illius, quod agebat Sceuola Iuris Ciuilis oraculum, qui quoties de Iure prætorio consule-

fulebatur, ad Furnium, & Caselium, qui huic scientie dediti erant Consultores remittebat. Et Plato philosophie decus Consultores Sacræ Aræ ad Euclidem ire iussit eius sententiæ, & professionis.

3 Et Ratio est, quia cuilibet experto, & perito in arte sua credēdū est. *Barthol. in proem. ff. vet. §. 1. n. 8. planè. Angi. in l. si. Vacātia, C. de bon. vacant. li 10. Ias. in rep. l. admonendi n. 195. cum sequentibus. ff. de. Iure iurando*.

4 Et confirmatur per illud, quod voluit Ostiensis *in c. 1. de consang. & affinit. quem Abbas post alios sequitur*, quod si eligendus sit Episcopus in loco vbi plures sunt hæretici, debet præferri Theologus; si vero causarum ventilatio ibi frequens sit, Canonista præferendus erit; & in electione Pontificis præferendus est Theologus iuristæ. sic *Albertinus loc. cit. n. 14. & sequentibus*.

5 Ex hoc colligitur, Votum Qualificatorum in Sacro fidei Tribunali esse decisiuum, & non Consultiuum, sic expresse *Royas loc. cit. n.* 384. his verbis; *In exponēdis verò Verbis, dubijs agnoscēdis què factis, vel catholicis dictis, aut suspectis, vel hæreticis, periti Sacræ Theologiæ professores sunt vocandi, qui Vulgò Qualificatores nuncupantur, quorum assertionibus omnimodam Inquisitores adhibeant fidem, l. 7. versic, vbi Bald. ff. de stat homi: l. 1. in principio ff. de vent. Insp. l. semel. C. de re milit. lib. 12. c. causam Matrimo. c. proposuisti, de probat. c. fraternitatis c. fin. de frigidis, & malèfic. c. significasti, 2. de hom* Secus verò est de voto Consultorum, eorum n. Votum est solum

Con-

Consultiuum, & non decisiuum, ac proindè huiusmodi Consilium Domini Inquisitores sequi non tenentur. *Royas loc. cit. n.* 409. *&* 423. *Diana Consultor Sancti Officij* 4. *p. tract.* 7. *resolutione* 38. qui ad hoc affert. *dictam Instructionem Toletanam anno* 1561. *n.* 66. multos alios Doctores referens.

DE SVSPECTIS DE HAERESI.

CAP. XV.

SVspicio est Opinio mali alicuius ex signis, ex quibus ad presumptionem venitur. *Pegna* 2. *p. Directorij Com.* 80. *Sousa in Aphoris Inquisit. lib.* 1. *c.* 10. Suspicio autem de heresi triplex est, videlicet, Leuis, Vehemens, & Violenta, siuè Modica, Magna, & Maxima, *Farinacius de Inditijs, & Tortura qu.* 36. *n.* 110. *Sousa in Aphoris. lib.* 1. *cap.* 10. *Eymer.* 2. *p. Direct. q.* 55. *n.* 1.

1 Suspicio leuis, seu Præsumptio prouenit ex signis exterioribus operum, aut verborum, ex quibus capitur coniectura, qua concludi potest, non quidem frequenter, sed rarò, seu casu, quod talia dicens, vel faciens hereticus sit. Ita *Directorium Inquisitorum p.* 2. *qu.* 55. *Com.* 80. Vel dici

dici potest quod leuis Suspicio est, quę ex leuibus Inditiis, & coniecturis oritur; Sic *Castrus Palaus tom.1.tract.4.disp.7.pun. 1.n.1.*

2 Vehemens suspicio hęresis, siuè magna, est illa, quę ex verbis, vel factis efficaciter frequenterque hęresim concludentibus desumitur. Hęc autem suspicio dicitur prę sumptio Iuristantum. *Sousa loc. cit. n.6.Castrus Palaus loc. cit.n.2.* Quę autem sint facta, vel verba, ex quibus vehemens suspicio disumitur, videri possunt apud *Eymericum 2.p. Directorii. qu.56. & ibi Pegna Com.* 81.

3 Suspicio violenta, seu maxima hęresis est, quæ ex verbis, aut factis oritur, ex quibus ferè semper colligitur, sic facientem, vel dicentem hęreticum esse, vt si hęreticos adorauerit, vel more suo reuerentiam exhibuerit, consolationem, vel cōmunionem ab eis receperit. *C.accusatus de hęreticis in 6.& c. quicumquè eodem tit. & lib.Castrus Palaus n.3. Sousa. n.7.Farinacius,qu.* 187.*de hæresi §.4.n.45.*

4 Dicitur hæc suspicio Iuris, & de Iure, in contrarium probationem directam non admittens; & cōstat ex *C.contra Christianos cap.quicūq; c.cum contumacia* tradunt ferè omnes Doctores, vt videre est apud *Eymericum loc. cit. n.*10. *& ibi Pegna Com.* 80. *vers. violenta Suspicio. Farinacius n.46.Castrus Palaus, n.*12.

5 Suspectus leuiter de hæresi abiurat etiam de leui *Repertorium Inquisit. in verbo abiuratio, vers.sed abiurationis*, & in verbo *suspectus,vers. nota, quādò.Eymericus loc.cit.n.9.&* 10.*ex c.accusa-*

cusatus, *& ibi Pegna*, *Farinacius n.* 31. *&* 32. *alios etiam referens*, *Castrus Palaus loc. cit. n.* 8. Etsi talis, qui sic abiurauit reincidat, non punitur vt relapsus.

6 Vehemens suspicio etiam si non sufficiat ad condemnandum aliquem tamquam hæreticum, benè tamen sufficit ad faciendum illum abiurare; *Vmbertus Locatus in iudicia. Inquisit in verbo suspicio n.* 7. *Farinacius n* 40. *alios cumulans*. Et, si in crimen abiuratum incidat, habetur vt relapsus, & mortis pœnę obnonius. *Eymericus n.* 13. *& dicto c. accusatus*. *Castrus Palaus dict. disp.* 6. *punct.* 2. *n.* 8.

7 Animaduertendum est ex *Simancha de Catholicis Institutionibus tit.* 50. *rubrica de præsumptionibus*, *n.* 31. quod suspectus quoquè in fide meritò censeri potest, qui nouas, & singulares opiniones asserit in materia morali, easque pertinaciter tuetur contrà communes, & receptas sententias: indè enim ad hæreses facilis admòdum ũia est. Hanc etiam sententiam alii sequuntur apud *Farinacium de hæresi dict. quæst.* 178. *n.* 77. & refert etiam *ex Decio*, *& Carrerio*, quod persistens in crimine notorio, & recusans correptionem de hæresi suspectus redditur.



DE

DE BLASPHEMIS, ET HÆRETICALITER BLASPHEMANTIBVS.

CAP. XVI.

BLasphemia cōmuniter, & principaliter diuiditur in hereticalē & nō hereticalē. Hæreticalis est, quę expressè hæresim cōtinet: Non hæreticalis, quę nō cōtinet; vt cū aliquid vituperbile nō fidei contrarium, optando etiam, aut imprecando contrà Deum, & Sanctos dicitur.

1 Hæreticalis blasphemia, de qua hìc est sermo illa est, quę est enunciatiua siuè affirmando, siuè negando aliquid de Deo, quod fides docet, vel etiam tribuendo creaturæ, quod secundum fidem soli Deo conuenit, vel de his etiam dubitationem ostendendo. *Suarez tom.1. de Religione trac.3. de Irreligiositate lib.1. c.5.*

2 Ad Blasphemiam hæreticalem pertinent nomina quędam Conuitii Deo attributa, vt si quis eum nominat, Impium, Iniustum, Crudelem, Ignorantem, Inuidum, Mendacem, vel quid simile: nam licet expresè id non affirmetur enunciando; nihilominus virtute satis affirmatur, quod ita profertur *Suarez loc.cit.*

3 Ad

3 Ad Blasphemiam item hereticam spectat, quandò creaturæ tribuitur quod est propium Dei, vt dictum est; vt si voces Omnipotentem, summè Sapientem, sum mè Pulcram, qualiter solent lasciui, vocare Amasias suas, & Idolatrę Idolum adoratum, ex quo etiam fit blasphemiam hereticalem esse, *Renego Deum*, *Christum*; quia denegas Deo existentjam, ipsumquè de medio tollis.

4 Item Blasphemia hereticalis est, denego Crucem, Sacramenta, Chrisma, Euangelia, vel aliam fidei veritatem, quia denegas Deo verit atem infallibilem, quæ in his, qualiter ab Ecclesia proposita sunt, relucet, Ad idem est, si per falsos Deos, aut per creaturas, sistendo in ipsis, iures; quia Infallibilem veritatem Dei propiam Creaturę tribuis, ac consequenter hereticalem blasphemiam committis. *Ita Castrus Palaus tom.3.Operis Moralis tract.17 dis.2.punct. 2. §.3.n.2.*

5 Blasphemia hæreticalis Item est, dicere: *nec Deus ipse, si descenderet de Cœlo, amoueret frumentum de area hac. viuius decis.* 275. *n.* 18. *Lazar.de blasph. apud Carenam de modo procedendi in causis Sancti Officij §.8.n.43.tit.7.*

6 Item pro hereticali blasphemia qualificatur, dicere. *Puttana di Dio*; quandoquidem hæc verba sunt contrà puritatem Dei. Ita *Homobonus de bonis de casibus reseruatis p.* 2. *casu* 1: *vers. contrà verò colligitur. Belochius de casibus reseruatis p.2.quæst.1.n.241. & Carena loc. cit. §.* 2.*n.* 9. qui testatur in Sancto Officio Cremonę ad

esse

esse consuetudinem eam blasphemiam puniendi tamquam hereticalem.

7 Blasphemiam hereticalem non esse, asserere: *al Dispetto di Dio*, ait *Suarius de Religione lib.*1.*cit.c.*5.*n.*8.ita etiam *Sanchez*, & *Castrus Palaus tract.*17. *cit.disp.* 2.*punct.* 2. §. 3.*n.*6. & alij apud *Dianam p.*4.*tract.*7.*resolut.*8. Sed *Floronus*, *Naldus*, & *Filliuccius ab eodem Diana citati* esse hæreticalem blasphemiam contendunt; idquè porbant, quia sensus talis blasphemiæ est quod omnino debeat fieri, quod blasphemus imprecatur, etiam si Deus sua omnipotentia id nolit. Vide etiam *Carenam loc. cit. n.* 8.*alios referentem*.

8 Blasphemia hereticalis sub conditione prolata, videlicet: *Non credo in Deum, nisi te percutiam, aut veritatem dico*, ab Inquisitoribus fidei punienda est; quia sub hac forma, non allegat Deum in testem, sed potius eius nomen blasphematur; vel quia hec hlasphemia conditionalis habet in se puram implicitatem affirmatiuam, videlicit quod si ad occidendum illum, opus fuerit in Deum non credere, paratus est, delibenter facere. *Ita Royas p.*2.*de hæreticis, assertione*. 12.*n.*173.

9 Blasphemiam hereticalem non esse quandò de Sanctis renegatur, vt *renego Diuum Petrum*, nequè de illo cognoscere fidei Inquisitores; quia non negatur de illis aliqua veritas pertinens ad fidem, sed tantum esse verbum quoddam contumeliosum in Sanctos inquit *Sanchez lib.*2.*operis Moralis c.*32.*n.*36.

F Sed

Sed Castrus Palaus loc.cit.n. 5. econtra asserit esse hereticalem blasphemiam, maximè si negatio esset de D. Petro, alijsquè Apostolis, & Sanctis, de quibus per Sacram Scripturam constat Sanctos esse, & cum Christo regnare; & ratio, quam adducit est, quia hos denegans, denegat esse, esseque Beatos, quod est negare quamdam fidei veritatem: cum de fide sit D. Petrum existere, essequè Beatum. Sed si hęc ratio conuincit, idem dici proportionaliter potest de alijs Sanctis: quia defide est secundum ipsummet Castrum Palaum, alios Sanctos esse in Cœlis Beatos, vt affirmat, *tom.1.tract.4.disp 1.punct.5.* § 4.

10 Blasphemia hereticalis est ex se Sanctum appellare Diabolum, tamen in Regno Siciliȩ, propter communem vsum, illud proferre ex iracundia non tenetur pro blasphemia hereticali; sed habet tantum rationem simplicis blasphemiæ. Sic seruatur in praxi nostrȩ Siculȩ Inquisitionis, & docet etiam *P. Ioseph de Augustino virplanè Doctissimus, meus Conciuis, & Sancti Officij Qualificator*, & *Consultor*, *in breui notitia in* 1. *præceptum decalogi tit. de blasphemia. folio mihi* 185. *n.* 14. Sicuti etiam *Albertinus de Agnoscendis Catholicis assertionibus qu. 6. n.* 2. excusat à specie hæresis Perusinos iurantes per pudibunda Christi, quia non animo indurato, sed per lasciuiam id faciunt, vt scribit *Baldus in L.* 2. C. *ad L. Iuliæ Maiestatis*. Verumtamen est quod quando à Maleficis in suis Maleficiis Dæmon Sanctus appellatur, qualificatur pro blasphemia hæreticali, quia verè malefici sancti-

ta-

tatem Dæmoni tribuere intendunt.

Blasphemia hæreticalis est dicere: *Potta di Dio*, vel pudibunda Deo tribuere. Viui. decis. 388. apud *Campanil. in diuers. iur. canon. rubrica.* 11. *cap.* 16. *n.* 18. *&* *Carena loc. cit. tit.* 7. *§.* 2. *n.* 9.

11 Blasphemia item hæreticalis est: asserere ex feruore iracundiæ, etiam absquè errore intellectus: *Non est Deus, quòd si Deus esset, talia non pateter:* quia denegatur Deo existentia, ipseque de medio aufertur.

12 Iocosè dicere hæreticalia, & contra fidem catholicam ab Inquisitoribus puniendum est; non enim licet cum Deo, aut Sanctis, seu rebus diuinis iocari, *ita Cardinalis in Clementina §. Hos igitur in fine de summa Trinitate*, dicens, quòd si aliquis dixerit: *si non habeo vxorem in hoc mundo, habebo in alio*, etiam si iocosè dicat, ab Inquisitoribus puniendus est, Veruntamen talis vt hæreticus non est mulctandus, nisi in dicto persistat, sed potest imponi mulcta pecuniaria. *Ita Royas singular.* 103. *Vndè* est quidam versus ex Gersone *non patitur Iocum, fama, fides, oculus.*

13 Blasphemiæ hæreticales ad Iudicium Inquisitorum spectant priuatiuè, quia ex eis magna hæresis suspicio oritur; aliæ verò non hæreticales ad Indicem Ordinarium pertinent. *Albertinus quæst.* 22. *n.* 63. *Simanchas tit.* 8. *n.* 6. *Royas de hæreticis p.* 2. *assertione.* 12. *n.* 168. *&* 179. vbi affert, *Instructionem de Madrid.* 1561. *c.* 65.

14 Qualiter autem blasphemus hæreticalis

fit suspectus de hæresi statuendum est, quod blasphemâs pluries, & ex consuetudine tam in ludo, & Ira, quam extrà, ad omnemquè animi motum, in hoc casu blasphemus est de heresi vehementer suspectus. *Eymericus in Directorio Inquisitorum, qu.* 41. *n.* 5. *p.* 2. & ibi *Pegna in Comen. Locatus in Iudicial. verbo blasphemia. n.* 5 *Zanardus in summa diuinorum p.* 2. *c.* 64. *versuz Si verò id faciat, Genuensis in praxi Archiepiscopali Neapolitana, c.* 18. *n.* 11. *Carena loc. cit. tit.* 7. *§.* 4. *n.* 19. Si verò blasphemus non peieret: ex habitu, sed raró, & in ludo tantum, vel in Ira solum: tunc redditur tantummodo de leui suspectus de hæresi. Ita *Fymericus, Pegna, Locatus, & alij locis sup. cit.*

15 Hinc est quod Blaspemi, qui inueniuntur frequenter, & quasi per consuetudinem in ludo, vel extrà ludum ad leuem turbationis motum in hæreticales blasphemas prorupisse abiurare debent vehementem hæresis suspicionem attenta vita, & condititione personæ. *Eymericus in Dire ctorio det. qu.* 41. *n.* 3. *&* 4. *Albertinus de agnoscendis Catholicis assertionibus, quæst.* 27. *n.* 6. *&* 18. *Genuensis in prazi Archiepiscopali Neapolitana c.* 68. *n.* 8. *versu, Si verò uliquis*; Vt quis verò dicatur habere in consuetudine blasphemare, requiruntur plures reiterationes, quam très. *Albertinus qu.* 6. *n* 20.

16 An autem gaudeant Immunitate Ecclesiæ Blasphemi hereticaliter. Respondetur negatiuè; quandòquidem tales sunt de fide suspecti: de fide verò suspecti Immunitate Ecclesiæ nequa-

qua.

quaq̃ gaudet. *Sic Ricci⁹ variarũResolutionũ to.2. resolutione nona. Peregrin. de Immunitate Ecclesiæ. c. 12. n. 12. Diana p. p. resolut. 38. tract. 11. alios referens. Farinacius de Immunitate Ecclesiæ. c. 13. n. 175.*

DE
VTENTIBVS.
VERBIS SACRÆ SCRIPTVRÆ AD RES TVRPES
CAP. XVII.

1 SCripturam Sacram peruertere ad confirmandos errores, grauissimum Sacrilegium est; immò etiam illa abuti ad res turpes, & obscenas grauissimum peccatum est. *Suarez lib. 3. de Sacrilegio. c. 7. n. 1.*

Qui Sacram Scripturam malè, & erroneè intelligit, seù interpretatur, scilicèt aliter, quam Spiritus Sancti sensus flagitat, impropriè, & largo modo, seù illata significatione: hæreticus dicitur 24. *qu. 1. hæreticus, vt ait Eymericus in Directorio Inquisitorum p. 2. quæst. 31. n. 4.*

2 Hinc est, quod, qui scripturæ sacræ verba profanis, & obscœnis immiscent, & applicant aut ex his paschinos componunt, *ex Decreto Concilij Tridentini sessione 4.* Iuris, & arbitrij pœnis per Dominos Episcopos: coerceri iubentur;

sic etiam Inquisitores procedere possunt contrà huiusmodi Reos. *Pegna. 3. p. Directorij Com. 17. vers. postremo*. Vnde *Vmbertus Locatus post suas quæstiones, concil. 1.* testatur, quod quidam Rocchus Religiosus professus, quia fecerat turpi ludo hymnum: *Iam lucis orto sydere &c.* & immiscuisset nonnulla verba impudica, & actus inhonestos addidisset; decisum fuit, quod fustigatus in palatio S. Offitij, omnibus actibus legitimis, ac voce actiua, & passiua per decennium priuaretur, ac per triennium omni sexta feria Ieiunio affligeretur. Id etiam refert *Farinacius de hæresi qu. 178. n. 52.*

3 Non raro etiam visum est diuinum Iudiciũ cõtra vsurpantes Sacræ scripturę verba in profanos sensus, vt refert *Simanchas de catholicis Institutionibus, tit. 59. rubrica de scripturis diuinis, n. 17.* vt de Theodota Poeta; qui cum in quadam tragedia vellet aliquid ex sacris libris admiscere, ei oculos glaucomate suffusos caligasse; & cum erratum cognouisset, exorato Deo, redditam aciem. similiter de Garcia Sancio Pacensi, Idiomate Hispano celeberrimo, qui dum furori poetico nimium indulgeret, ac sacras Iobi lectiones profanis amoribus accomodare tentaret, iustissimo Dei Iudicio, mente lapsus est.



DE SVPERSTITIOSIS, ET SORTI-legis.

CAP. XVIII.

SOrtilegij nomen apud Iuriſtas generale eſt, ſub quo continentur Diuinatores, Incantatores, Sortilegi, Idolatræ, Magi, Arioli, Auruſpices, & alij. *Ita Farinacius de hæresi qu.* 181. *n.* 3. *Souſa in Aphoris. Inquiſitorum, lib.* 1. *c.* 18. Cum autem Sortilegium, & Diuinatio Species ſint Superſtitionis ex *D. Tho.* 2. 2. *qu.* 91. *art.* 2. Ideò Theologi Supſtitionem conſiderant tamquam genus plures ſub ſe ſpecies continens.

1 Superſtitio dicta eſt ſecundum *Circeronem lib.* 2. *de natura a Deorum*, vel eo; quod homines aſſidui erant in immolando dijs, & precando, vt liberos relinquerent ſibi ſuperſtites; vel quod relictis veteribus Dijs, colerent loco illorum Superſtitem memoriam ſuorum Maiorum. Vide *Caſtrũ Palaũ tom.* 3. *tract.* 17. *diſp.* 1. *pũc.* 1 *n.* 1. *Filliucium tract.* 24: *c:* 1: *n.* 1. *Fagundez. in primum Preceptum Decalogi c.* 34. *lib.* 1. *n.* 1.

2 Definitur autem ſuperſtitio *Indebitus cultus, ſeu Vana Religio, qua nimirum exhibetur cultus Diuinus falſo numini, ſeu creaturæ, cui non debetur, vel Deo vero, cui debetur, at mo-*

do indebito, quo exhiberi non debet. Ita deducitur ex *S. Thoma, 2. 2. qu. 92. art.* 1. & docet *Lessius lib. 2. de Iustitia. c. 43. dub. 1. n. 2. Sanchez tom. 1. operis moralis. lib. 2. c. 37. num.* 1. Sed ex eodem S. Thoma dicta qu. 92. art. 2. tres numerantur Superstionis species, videlicet, Idolatria, Diuinatio, & Vana obseruantia, de quibus singillatim est considerandum.

SECTIO. I.

DE

IDOLATRIA.

1 IDolatria propriè dicta ex *Idolo*, & *Latria*, nomen sortitur, ideſt Idolorum Latria, & definitur; *Diuinus Cultus ergà falsum Deum exhibitum.* sic *Toletus lib. 4. summæ c. 14. n. 2 Anzorius to. 1. lib. 9. c. 11.* ex *Säc. Thoma. 2. 2. qu. 94 art. 2. &* 3. vnde cum Latria propriè loquendo, si cultus vero Deo debitus; Idolatria nihil aliud erit, quam cultus Dei Idolo attributus; Est autem Idolatria prima, & præcipua species superstitionis, & generaliter, quilibet honor diuinus creaturæ attributus Idolatria est.

2 Tripliciter autem hic cultus creaturæ tribui poteſt ex *Suario de Religione lib. 2. de Superstitione. c. 6.* Primò, quando ex Infidelitate mentis procedit, & est error circà Deorum multitudinem, credendo in creatura diuinitatem resi-

residere, ob quam Diuino honore digna sit; & Idolatria hæreticalis tunc est, seu mixta hæresi, vel cum hæresi.

3 Secundò Idolatria potest esse sine propria mentis Infidelitate, cum affectu tamen, & voluntate tribuendi creaturæ honorem Deo debitum; vt si quis, credens Dæmonem non esse Deum, velit illi exhibere Sacrificium, aut aliquid simile, animo ipsum honorandi, vt eum sibi propritium habeat; & hic cultus reddit operantem vehementer de hæresi suspectum.

4 Tertio Idolatria committi potest sine errore Intellectus, & sine affectu colendi creaturam; sed solum exhibetur signum externum adorationis Deo debitæ cum exteriori significatione adorandi creaturam, sine intentione cultus, & hoc accidere solet, cum ad uitandam mortem, adoratur Idolum, quod grauissimum est peccatum, neque vllo metu, vel timore excusari potest; quia est res intrinsecè mala, & in his omnes conueniunt; quandoquidem non sola fides est de necessitate salutis, sed etiam fidei confessio, concurrentibus circumstantijs. Vnde fuit heresis Helchesitarum, qui asserebát nullam contrahi culpam Christi fidem negando solum ore, si corde non negatur. Contrà quam hæresim Fabianus Papa Concilium coegit. 40. Episcoporum & totidem Presbyterorum, vbi ea hæresis damnata est. *Platina in Fabianum, & Gregorius Turonensis, lib. 5. historiæ. c.* 43. eam etiamdamnat.

5 Præterea ex eodem Suario loc. cit. n. 17.

cau

causaliter, seu cooperando aliqualiter ad Idolatriam, potest etiam eius malitia participari ex illo principio, quod exhibens causam, vel cooperationem alicui peccato, particeps est illius malitię. Sic ergo Tirannus, qui se ipsum, vt Deum adorare facit; quia alios ad Idolatriã inducit, & quia Diuinos honores affectat, Idolatrię maculam contrahit. Item qui alteri consulit Idolatriam, etiamsi ipse Idolum non colat. Idemque est de quocumq; cooperante ad Idolatriam; atquè de hoc genere peccati loquitur *S. Thomas* 2. 2. *qu.* 169. *art.* 2. *ad* 4. cum ait, peccare artificem fabricantem Idola, vel aliqua ad cultum Idolatrię pertinentia.

6 Item Hostiam non consecratam adorandam exponere, vel prębere sumendam, qui talia exhibet reus est Idolatrię ex *Sancto Thoma* 3. *p. qu.* 80. *art.* 6. *ad.* 3. Item Sacerdos qui Missam celebrando hostiam non consecrat, sed illam non consecratam sumit, de quo est casus *in cap. de homine, de celebratione missarum*, & est de heresi suspectus, possetquè ab Inquisitioribus interrogari quid sentiat de Sacramento Altaris, & etiam puniri. Ita *Lucerna Inquisitorum Verbo Sacerdos celebrans. Vbi Pegna in Annotationibus. Decianus ic tract crimal. lib.* 5. *c.* 16. *n.* 43. *Locatus in Iudiciali, verbo Sacerdos*, & alij. Et Ratio potest esse, quia talis Sacerdos abutitur Sacramento Altaris, sacrarissimoquè Missæ Sacrificio, estquè etiam in causa, vt Christi fideles Hostiam non consecratam adorantes in Idolatriam saltem materialiter incidant. *Graffius in*

suis

ſuis aureis deciſionibus. p. 2. lib. 3. c. is. *de celebrat. miſſarum n. 6. 7. & ſequentibus, Carena tit. 17. §. 4. nu. 17.*

7 Queres, an ſit actus Idolatrie, ſi quis Diabolum per Crucifixum alloquentem, putans eſſe Chriſtum, adoret. Reſpondeo negatiuè cum *Fagundez in 1. præceptum Decalogi. lib. 1. c. 33. n. 3.* quia in tali caſu ille cultus, quo Crucifixus adoraretur, reuerà non ſolum ex intentione ſua, ſed etiam ex natura ſua eſſet actus licitus: tenderet. n. in Chriſtum Redemptorem Cruci affixum, & in perſonam increatam, qualis eſt Chriſtus, non in Diabolum ibi latentem, atquè loquentem.

8 An autem Idolatria maximum ſit peccatum; Et dicendum eſt cum *Suario loc. cit. c. 6. n. 15. & Caſtro Palao tom. 3. tract. 17. diſp. 1. punc. 2. n. 2.* & alijs, quod eſt peccatum maximum inter ea, quæ virtutibus moralibus opponuntur; At eſt Inferius vitiis, quæ theologicis virtutibus aduerſantur.

SECTIO II.

DE DIVINATIONE.

1 SEcunda ſpecies ſuperſtitionis eſt Diuinatio: Diuinatio verò demoniaca, quæ ſortilegium dicitur, & de qua hic agimus, eſt *Prenuncia-*

ciatio futurorum, seu occultorum euentuum indebitis modis minimè à Diuina prouidentia constitutis. Ita definit *D.Thomas 2.2. qu. 95. art. 1, & Sanchez tom. 1. decalogi, lib. 2: c. 38. n. 1. Sousa in Aphoris. Inquisitorum lib. 1.c. 38. n 6.*

Diuinationum autē, seu Sortilegiorum precipua; & receptissima distinctio est, quod alia sunt hereticalia, alia autem non hereticalia. Ita *Pegna in Directorio p. 2. Comen. 67. Farinacius de hæresi, quæst. 181. §. 1. n. 2. Scaccia de Iudic: Ciuil., Criminal. & Hæretical. lib. 1. c. 12. Delrius disquisit. magicarum lib. 5. sect. 15 per totum. Carena de modo procedendi in causis S.Officii p. 2. tit. 12. §. 4. n. 25. & alij communiter.*

2 Primo, Sortilegium hereticale est, quod exercetur cum abusu Sacramentorum, vel Sacramentalium, vel cum in eo adhibetur Euangelium, symbolum, *Pater noster*, vel aliquis Psalmus Dauid, seu aliæ orationes, vel verba Scripturæ Sacræ. *Ita Doctores citati.*

3 Sortilegium hæreticale, vel Diuinatio hærecalis committi dicitur secundo quotiescumque Demon inuocatur ad reuelandum, vel faciendum ea, que ipse facere, & scire non potest; sed soli Deo sunt reseruata. *Farinacius loc. cit. n. 5. Delrius loc. item. cit.*

4 Diuinatio, seu sortilegium hæreticale tertio committitur, quando fit à sortilegis, & Maleficis habentibus pactum expressum cum Demone; quia respectu operantis est hæreticale, etiam si tale non esset, ratione operis, vt quia à Demone peteretur res suam facultatem naturalem

ralem non excedens. *Ita Delrius loc. cit. sect.* 15. *axioma* 2.

5 Sortilegium non hereticale est, in quo nulla ex supradictis interueniunt. In praxi autem à Doctoribus plura assignantur exempla sortilegiorum hæreticalium, vt infrà.

6 Sortilegiorum item hæreticalium, alia sapiunt manifestam heresim; alia autem non. *Eymericus* 2.*p*, *Directorij qu* 43.& ibi *Pegna Comen.* 67. *Delrius loc. cit. Azorius in Summa to.* 1. *lib.* 9. *c.* 26. *quæst.* 4. *Farinacius de hæresi quæst.* 81. *cit.* §. 1. *n.* 2. *Raphael della Torre de Religione*. *tom.* 2. *qu.* 96. *art.* 4. *disp.* 2. *tit. de Qualificat. superstit.* quos refert *Sousa in Aphoris. lib.* 1. *c.* 57. Vide etiam *Simancham de Catholicis Institutionibus tit.* 62 *rubrica de sortilegis n.* 3. vbi dicit Sortilegia illa sapere manifestam hæresim, quæ sine aliqua hæresi exerceri nequeunt. Item illa, que prima fronte preseferunt odorem, & saporem heresis. Plura exempla videri possunt apud cit. Doctores, ex quibus colligi potest quod ille Diuinationes, & Sortilegia sapiunt heresim manifestam, quæ fiunt primo, & secundo modo superius annotatis.



S. I.

§. I. DE VARIIS SORTILEGIIS, ET DIVINATIONIBVS HÆRETICALIBVS.

1 HÆreticale sortilegium primò est, vbicumque à demone perquiruntur futura, & manifestam sapit heresim. *Farinacius dicta quæst.* 181. *n.* 6. Secùs si futura, que à Demone scire quis cupit, sint talia, que illius notioni subduntur, vt eclipsis, fertilitas, aut sterilitas terre, que in causis naturalibus continentur. *Farinacius n.* 8. Et ratio horum potest esse, quia etsi Demones non possint certò cognoscere futura, que ex libero alterius arbitrio pendent, vt est certa Theologia, & docet *D. Augustinus de diuinat. Dæmon. c.* 5. *&* 6. *& lib.* 2. *de Genesi ad litteram. c.* 17. tamen cognoscunt causas naturales, & vim earum exactè.

2 Secundò inquirere a demonibus prorsus occulta equiparatur, ac si perquireretur scire futura, secundum *Zachinum in tract. de hæreticis. c* 22. *n.* 4. *Apud eumdem Farinacium n.* 9. Vnde *Sanchez lib,* 2. *c.* 38. *n,* 36. ait, Res occultas, siue preteritas, siue præsentes, vt thesaurum, Virginitatē & c I nuestigans, est Superstitiosa obseruatio, & omni Iure interdicta, quia absquè

què demonis auxilio,& pacto sciri nequeunt.

3 Tertio Sortilegia facta pro inueniendis furtis cum inuocatione, seu interrogatione demonum hereticalia sunt ; secùs si sine tali dæmonum inuocatione ; quandoquidem demon interrogatus non respondet interrogantibus, nisi per quedam pacta, venerationes, adiurationes, aut illicitas inuocationes *ex Vmberto Locato in Iudiciali Iuquisitorum apud Farinacium. n.* 111. que ratio est maximè aduertenda.

4 Addendum verò est sortilegia, & Diuinationes pro furtis inueniendis, etiam sine Sacrificijs, & sine demonum inuocatione, & sine eorum responsis, sunt illicita, & prohibita; vndè *Martinus Delrio, loc. cit. axioma.* 1. ait, dubitandum non esse, quod scilicet Inquisitores habeant huius criminis cognitionem, & subdit, deficiente demonum Inuocatione expressa non sapere hoc sortilegium manifestam heresim, sed benè sapere hæresim non manifestam, iuncta autem inuocatione demonum, hereticum esse sentire videtur.

5 Quarto Sortilegium hereticale dicitur illud, quod est factum pariter ad inuenienda furta, vel scienda alia occulta, quando accipitur Phiala plena aqua, & ante eam ponitur puer, vel puella Virgo cum candela, seu Cereo accēso, respiciens dictam aquam, dicendo ista Verba, videlicet: *Angelo Bianco, Angelo Santo, per la tua Santità, per la mia verginità, monstrami chi hà tolto tal cosa & che n' hà fatto*. Hoc in quam Sortilegium sic formatum sapit heresim

resim manifestam, vt plures contendunt apud *Farinacium. qu.* 181. *n.* 15. & aduertit hoc esse intelligendum, quando aqua, & candela erunt benedictę, secus si res sacræ non immisceantur.

6 Sed dicendum est, ex alio capite hoc Sortilegium esse hereticale ex illis verbis, *Angelo Santo*, cum in eo Diabolus vocetur Sanctus, illiquè Sanctitas tribuatur, atquè ipsum deprecando per suam Sanctitatem. Post hęc scripta Inueni Carenam idem prorsus asserentem *tit.* 22. §. 4. *n.* 27. Idem etiam existimandum est de vsu speculi ad sciendа futura cum accensio ne candelę, quę adorationem significat, *Riccius in decisionibus Curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ decis.* 243. *volumin.* 2.

7 Quintò, superstitio hęreticalis est, si quis abutitur Vasis, aut vestibus sacris, V. G. Altaris palla, Calice, Patina, Purificatorio, Tabernaculo Eucharistię, aut reliquiarum, lapide Sacrato, vel eius frustro, corporali, manipulo Stola, Alba, Velis Sanctuarij &c. *Martinus Delrius lib.* 5. *disquisit. Magicarum, sect.* 16. *vers, Sacerdos celebrant.*

8 Sextò, si ad res, quas potest dęmon facere, vel cognoscere, sciendas, vel efficiēdas misceantur res non sacræ. V. G. Hostia non consecrata, etiam si super eam Sacerdos missam dicat, probabile existimat *Delrius loc. cit. sect. vers. dico.* 15. non esse Sortilegium Hæreticale, quando fit à non habente pactum, & illam hostiam accessoriè tantum super Altare ad

Ma-

Magicos effectus posuit, erit tantum suspectus de heresi, sed si reuera non credidit ista vim aliquam ad effectum Magicum habere, non erit suspectus de heresi, sed extra ordinem puniendus, si constet de eius intentione; quia si non cōstaret de intentione de heresi maximè suspectus esset, ita Delrius loc. cit.

9 Sed tamen probabilius *Sousa in Aphorif. Inquisitorum lib. 1. c. 57. n. 11. tenet* hęc Sortilegium sapere hæresim manifestè: tum ex parte operis, tum ex parte operantis; quia Sacrificiū Missę ordinat ad Sacrilegium, licet mediatè; tū etiam quia præsumitur hoc faciens, quod credit illud vim habere ad maleficium operandum.

10 Septimò, Si quis baptizet Imagines ex qualibet materia, vel rebaptizet pueros, hoc ipso, vel hereticus est; si putat formam, vel materiam baptismi aliam esse posse ab ea, quā Christus instituit: vel est vehementer suspectus, etiam si neget se hoc credere. Ratio est, quia tales actus natura sua preseferunt aliquid, quod est heresis Manifesta; ac proindè Sortilegium hæreticale illud erit. Idem dicendum de Consecratione; & Baptismo librorum; Nam Magi libros suos, vt vim Energiticam accipiant (vt falso credunt) curant benedici per Sacerdotem aliquem cum Stola, aqua benedicta, & aspergillo ex herba hypericonis eos aspergentem, *sic Delrius dicta sect. 15. versu. dico quarto.*

11 Octauò Sacerdotes, qui causa vindictæ, seu doloris Aras spoliant, aut luminaria consueta exstingunt, vel quid simile faciunt nocendi

G gra-

gratia ijs, quorum quasi in funus hoc impendunt, Sortilegium committunt hæreticale. Item si ex Inimicitia Missas defunctorum pro viuentibus celebrarent, vt ij, pro quo Sacrificium offertur celerius moriatur, vel incurrat Mortis periculum; Sortilegium operatur sapiens heresim; quia est hæresis putare hec habere effectum huiusmodi, & ideò ad hereticalia pertinent. *Ita Delrius loc. cit. sectione*, 16. *vers.* Sacerdos. Item qui celebrat super rebus profanis, vt sunt hostia non consecrata, circũ scripta certis notis, & litteris sanguineis. Item Cuticula, qua infantis caput nascentis est inuolutum, panis incoctus, siuè Massa cruda, vel lapis vulgò dictus, Calamita. Item si sit abusus vestibus Sacris; hec omnia, vt supra hereticalia sunt. Argumento est, quia hereticum est putare hec ex Sacrificio Misse, vel benedictione habere effectum ad turpia; & nefanda opera perpetranda. *Delrius dic. sectione* 16. *versu* Sacerdos *celebrans super rebus.*

12 Nonò, hæreticale est demonem, vt Sortilegi credunt, tenere ligatum in Annulo, aut in alia re, & ab illo responsa petere; cum hoc fieri non possit, nisi ex fœdere cum demone inito; sic. n. inter Magicas, & hereticales superstitiones hoc Sortilegium numeratur *in extrauaganti Ioãn.* 22. *Farinac ius de hæresi, questione* 181. *n.* 28.

§ 11.

§. II. DE

PACTO SORTILEGI CVM DAEMONE EXPRESSO, VEL TACITO.

CVm omnes magicæ Superstitiones, & Sortilegia initantur pacto per Magos cum dæmone inito, id circò quid sit hoc pactum, hoc loco est considerandum.

1 Duplex autem pacti genus inter sortilegũ, & dæmonem interuenire solet, alterum expressum, tacitum alterum. Ita Sanchez *lib.* 2. *Operis Moralis c.* 38. *n.* 3. *Delrius lib.* 2. *disquisitionũ Magicarum, qu.* 4. *concl.* 3. *Suarez de Religione, tom.* 1. *lib.* 2. *de Superstitione. c.* 8. *&* 9. *Farinacius de hæresi qu.* 181. *n.* 34. *Fagundez in primum præceptum Decalogi lib.* 1. *c.* 35. *n.* 4.

2 Expressum cum dęmone pactum est, quod expressis verbis à Sortilego fit cum dęmone, exempli gratia: facies, vt faciam, idest inuocabis me, & dabis cultum, & ego auxiliabor tibi; Item pones talia, vel talia signa; aut hoc vel illud facies, & ego ad positionem illorum, aut cum hoc, vel illud feceris, sanebo tibi, & hoc, vel illud pro te efficiam. Expres-

sè item inuocatur dęmon virtutę huius pacti non solum quandò expressis verbis auxilium ab illo requiritur, ipseque interpellatur: Sed etiam quandò ille, qui sciens dæmonem per aliqua signa inuocari, & occulta docere, ea signa vsurpat, & facit, vt rem aliquam ab illo èdoceatur. Ita *Sanchez*, *Fagundez*, *& alij locis cit. Vide etiam Delrium, qu.* 4. *cit. vers. primò sciendum est*, vbi declarat omnes modos, quibus hoc pactum fieri solet.

3 Tacitè autem, & implicitè Dęmon inuocatur, cum quis cognitionem, aut effectum alicuius rei soli Deo reseruatum medijs vanis, & indebitis procurat; Nam quàmuis pręter illius intentionem sit dęmonem tunc inuocare, tamen eo ipso, quod hęc media vana tentat, quibus libentissimè Dęmon se permiscet, vult à dæmone vanorum Inuentore èdoceri, & ab ipso consequi, quod sperat, presertim vigore pacti expressi habiti cum primo instituente. Ita communiter Doctores, *Sanchez loc. cit. n.* 3. *Caetanus* 2. 2. *qu.* 95. *art.* 2. *Suarez loc. cit. c.* 9. *vsq; ad finem*, *Delrius loc. cit. qu* 5.

4 Pactum expressum iniens cum demone quodammòdo *Apostatare* videtur à Deo, iniendo fœdus cum eius inimico contra illud, quod in baptismate professus est. *Simanchas ex Gersone tit.* 63. *rubrica de superstitione*, *n.* 11. *Farinacius de heresi*; *qu.* 181. *n.* 34. *Delrius Disqusit. Magicarum lib.* 2. *qu.* 4. *Sousa lib.* 1. *c.* 57. *n.* 21. *Carena tit.* 12. *§.* 10. *n.* 52. Quod tamen est intelligendum quandò pactum expressum fit abnegando

do fidem, & Christianissimum; Dei obedientię se subtrahēdo, Beatę Virginis Marię patrocinium renunciando, quod in pacto expresso fieri sępissimè supponunt Doctores citati; nam si hęc non interueniant, non videtur crimen Apostasię committi: vnde *Suarez lib.2. de Superstitione cap.* 8. *n.* 18. solum dicit, qui dæmonem consulit, Societatem, vel pactum cum illo contrahit in magno periculo versatur incidendi in baratrum apostatandi à Deo. Vide *Martinum Delrio lib.2. disquisit. Magicarum qu.* 4. vbi ponit modos, quibus pactum expressum fieri solet cum dęmone à Maleficis; Vbi inter alia docet hęc, videlicet; Quod paciscentes cum dæmone iusiurandum illi pręstant super circulo in terra sculpto. An quia circulus expers principij, & finis, symbolum Diuinitatis, & terra scabellum Dei; sic certè vellet eos credere eum esse Dominum Cœli, & Terrę: vel quia circulus, eo quod omni caret angulo, contrariam habet figuram Crucis, quę valdè angulosa; certè hanc odit vehementer, in qua se victum meminit, & mœret, & ideò amat figuram contrariam. Inuenitur etiam inter Magica sigilla aliquandò Crux in medio circuli locata, quasi captiua. Sic *Delrius loc. c. vers. his pactis omnibus*; in quibus actionibus videtur committi crimen Apostasię.

5 *I*niendo item expressum pactum cum dęmone aliquando interuenit Idolatria. *Simanchas loc. cit. Et in articulis* Scolæ *Parisiensis*, sic habetur; Quod inire pactum cum dęmonibus tacitum, vel expressum, non sit Idolatria, vel

ſpecies Idolatriæ Error. Denique pactum expreſſum inientes cum dæmone ordinariè ſunt vehementer ſuſpecti de hæreſi, & Apoſtaſia. Ita *Zanardus ex Sancto Thoma. 2. ſent. diſt. & Genuenſi in praxi* Curiæ *Archiepiſcopalis Neapolitanæ c.* 18. *n.* 11. *vers. Item vehementer ſuſpecti.*

6 Quo ad pactum tacitum, tunc interuenire præſumitur, cum imploratur auxilium dæmonis ab eo, qui rem Soli Deo reſeruatam medijs vanis, & indebitis procurat, quibus dæmon libenter ſe permiſcet; vndè conſequenter vult dæmonis implorare auxilium. *Delrius* 4. *lib Diſquiſit. Magicarum. c.* 2. *qu.* 5. *Suarez lib.* 2. *de ſuperſtitione c.* 9. *n.* 9.

Ad pactum tacitum non exigitur, quod aliquis prius cum dæmone pactum inierit ſe immiſcendi, cum his vanis, & indebitis medijs à quocumquè adhibitis; ſed ſatis eſt, quod vtatur illis ad effectum aliquem adipiſcendum. S*ic Victoria relectione de Magia. qu.* 6 *n*.28.

7 Non excludit pactum tacitum, qui vtitur illis vanis, & inutilibus medijs, quamùis dicat explicitè inire ſe nolle pactum cum dæmone, ſi adhuc vult vanorum mediorum experire effectus, S*uarius dicto cap.* 9 *n.*17*i*

Pactum item tacitum cum dæmone etiam tunc in aliquo facto dari præſumitur, quandò non eſt proportio rei cognoſcendæ, vel faciendæ ad medium, qnod cognoſci, aut fieri procuratur, vt quandò Vnum ex alio ſufficienter non infertur; ſi verò proportio detur, & vnum ex alio

ſe

ſequatur, non præſumitur. *Delrius loc cit. qu. 3. Suarius loc cit.*

8 Pactum etiam præſumitur ex parte modi cognoſcendi, quandò ſcilicèt quæritur cognitio omninò certa, aut certior, quam haberi poteſt penſata natura cauſæ, videlicet liberi arbitrij, & deficibilium cauſarum concurrentium, ſecus verò ſi ſola coniecturalis cognitio queratur.

9 Superſtitioſum eſt etiam, & pactum ſaltem tacitum cum Dęmone includit, vti verbis, orationibus, aut certis quibusdam rebus capiti ſuppoſitis, vt per ſomnia, quid in aliquo negotio euenturum ſit, cognoſcatur. *Souſa in Aphoriſmis Inquiſitorum lib. 1. c. 51. n. 10.*

10 Suſpectus eſt de pacto cum Dęmone, qui cum exorciſta non ſit, munus exorcizandi ſibi aſſumit quaſi ex offitio, & ſpeciali Dei priuilegio; aut ſi Exorciſta peculiariter ſibi vendicet virtutem expellendi Dęmones; aut ſi aliis formis & ritibus vtatur, quam ordinatis ab Eccleſia. *Delrius poſt lib. 6. diſquiſit. magicarum monit. 10. Souſa loc. cit. c. 55. n. 12.*

11 Superſtitioſi, & ſuſpecti item de pacto cum dęmone ſunt, qui iactant ſe habere virtutem, ac poteſtatem nubes, & reliqua frugibus cõtraria ex certo loco expellendi. *Delrius loc. cit. monit. 11. Sanchez lib. 2. c. 42. n. 40. Souſa loc. cit. n. 15.*

12 Suſpectus eſt de pacto cum dęmone, qui abiurat dęmonem ſuperiorem etiam imperatiuè, vt Inferiorē à corpore pellat, vel vt ab alio nocumento inſerendo ceſſet: hoc enim includit pac-

tam, & ſocietatem cum ipſo Dæmone; omnis autem ſocietas cum illo nobis eſt interdicta, vt contraria fidelitati, & Religioni Deo debitæ. *Suarez de Religione tom.* 1. *lib.* 2. *de ſuperſtitione, cap.* 18. *n.* 8. *Sanchez lib.* 2 *Decalogi c.* 42. *n.* 21. 22. *Sotus lib.* 8. de Iuſtitia qu. 3. art. 3.

13 Pactum deniquè tacitum cum dęmone iniens, alio actu hæreticali non interueniente, hęreticale factum non committit. *Suarius lib.* 2. *cit. c.* 12. *Farinacius de hæreſi quæſt.* 181. *n* 34. *Zanardus in ſumma. p.*2. *c.* 64. *verſu. moueor ad hoc tenendum*. licet de leui ſit ſuſpectus de hæreſi.

14 Quod ſi dicatur, quod paciſcens tacitè cum dæmone iam init fœdus, & amicitiam cum hoſte Dei, & per conſequens videtur apoſtatare ad ſimilitudinem ſubditi Regis Hiſpaniarum ineuntis fœdus cum hoſte Regis noſtri. Reſpondet *Zanardus loc. cit.*, quod duplex eſt fœdus, & amicitia; alia cõmunis, & quo ad cõmercia, vt ſi ſubditus vnius Principis commercium habeat cum Principe hoſte proprij Principis, tantum in rebus emendis, & quo ad mercaturam: & huiuſmodi amicitia, licet ſit prohibenda, attamen non inducit ſuſpicionem ſaltem vehementer rebellionis. Alia eſt amicitia ad effectum prodendi, vel occidendi proprium Principem, & hæc ſignum eſt rebellionis, & Apoſtaſiæ; Priorem amicitiam, & ſocietatem cum Dęmone contrahit iniens pactum implicitum, poſteriorem verò paciſcens explicitè cum dęmone, ac ſortilegia hęreticalia exercens.

§. 3.

§. III. DE VARIIS DIVINATIONVM SPECIEBVS.

DIuinatio multis, varijſque modis, & veluti medijs fieri ſolet, Hinc ex mediorum diuerſitate varia etiam ſortita eſt nomina, prout Demon varijs modis colitur, aut conſultus varijs medijs reſpondet.

1 Prima Species Diuinationis eſt, *Præſtigium*, cum demon prȩſtigioſis quibuſdam apparitionibus ſe ſenſibus hominum ingerit ad occulta pronuncianda. *S Thomas.* 2. 2. *qu.* 95. *art* 3. Et definiri poteſt: Præſtigium; *Diuinatio, quæ promanet ex præſtigioſis Dæmonum apparitionibus occulta homines docentium*. Sic *Torre de Religione. tom.* 2. *qu.* 95. *art.* 3. *diſp. vnica. tit. de preſtigio*.

Dupliciter autem dæmones apparere ſolent ad occulta reuelanda. primò, in corpore aſſumpto, ſiuè corpus illud antè aſſumptionē præexiſtat, ſiuè ab ipſis producto, applicando actiuà paſſiuis, ſiuè efformando illud ex aere, ſiuè immutando ſenſus, ac ſi ab obiectis moueretur. Secundò efformando voces nullo efformato corpore. *Raphael della Torre loc. cit. & ſouſa in*

in Aphoris. lib. 1. *c.* 39. *n.* 2.

2 Procurare verò, vt dęmones nobis appareant, aut nobiſcum loquantur, nullo modo licet, ſiuè hoc procuratur, vt efficiant, vel reuelent ea, quæ eorum virtutem excedunt, ſiuè, quę in ipſorum naturali potentia continetur. S. *Tho* 2. 2. *qu.* 95. *art.* 4. vbi *Torre diſp.* 1. *Delrius diſquiſit. Magicarum. lib.* 2. *qu.* 28. *ſect.* 3. Et ratio poteſt eſſe; quia apparitiones, & reſponſa dęmonum regulariter habentur pręcedentibus ſacrificijs, oblationibus, orationibus, aut alio cultu, & honore eis exhibito, in quibus interuenire ſolet aliquandò Idolatria, aliquandò Idolodulia cum pacto expreſſo &c. *Souſa loc. cit. n.* 3. *&* 4.

3 Secunda *Diuinatio* eſt per ſomnia, & dicitur *Diuinatio Somniorum*, & eſt illa, quæ prouenit à dæmonibus occulta in ſomnijs homines edocentibus. *Souſa lib.* 1. *c.* 40 *n.* 1.

Hæc Somnia à dæmonibus procędunt inuocatis per Sacrificia, orationes, & cultum, vt cõtingit aliquandò in Lamijs, ſeu Strigibus, quæ non ſemper realiter feruntur de loco ad locum, ſed media vnctione ſopore correptę in eodem loco manentes per ſomnia ea omnia eis repræſentantur, quæ poſtea ſe vidiſſe narrant. *Delrius diſquiſit. Magicarum. lib.* 5. *ſect.* 16. *n.* 4. *&* 5. *Pegna.* 2. *p. Directiorij* 68. *Suarez tom.* 1. *de Religione lib.* 2. *de Superſtitione, c.* 16. *n.* 23. *& ſequentibus. Souſa lib.* 1, *cit. c.* 40. *n.* 2. *alios referens.*

Ex ſomnijs à dæmone procuratis ſciri non poſ-

ſunt

sunt futura contingentia, aut libera, vel præsentia, vel preterita occulta, & huiusmodi diuinatio suspicionem societatis cum dæmonibus includit, & pactum. *Raphael della Torre. tom.* 2. *disp.* 5. *qu.* 6. *apud Sousa loc. cit. c.* 50. *n* 9.

4 Tertia Species diuinationis est per fictas mortuorum suscitationes, vel locutiones, & dicitur *Necromantia*, de qua infrà.

Quarta Diuinatio est *per Pythones* quandò per homines viuos, sicut in Areptitijs patet. *S.* Tho. 2.2. *qu.* 95. *art.* 3. *&* ea est, qua demon occulta predicit per homines viuos.

5 Ad hoc diuinationis genus pertinet diuinatio Oraculorum, nimirum responsiones datæ à dæmone certis in locis ministerio hominum viuorum. *Delrius lib.* 4. *disquisit.* *Magicarum c.* 2. *qu.* 6. *sect.* 1. *Sousa lib.* 1. *citato. capit.* 42. *numer.* 3.

Et considerandum est ex eodē Sousa n. 5. quod in Areptitjs raró interuenit pactum: in Oraculis verò datur pactum expressum, & communicatio cum dæmonibus.

6 Quinta diuinatio est *Geomantia*, & dicitur diuinatio ex terra, & est Supstitio diuinatoria, qua dæmonum industria occulta manifestantur ex signis factis in corpore terrestri. *Delrius lib.* 4 *disquisit.* *Magicarum c.* 2. *qu.* 7. *sect.* 3. *vers. quinta species.*

Ad Geomantiam spectat vt notat Cireulus de superstitione. p. 1. c. 4. cum Diuinatores à demone èdocti certa signa, puncta, & figuras vel in terra, vel in puluere, vel iu papyro, vel in

in quocumque alio corpore è terrena substantia compacto inscribunt, & post illorum inscriptionem, mutationemquè, et transpositionem prediuinant id, quod animo intendunt.

Ad eamdem Geomantiam spectat Diuinatio, quæ fit per specula, per Ensem leuigatum, Cristallum, aut aliquem lapidem politum. *Delrius loc. cit. Sousa* lib. 1. cit. cap. 43. n. 2.

Responsa quæ à demonibus dantur per Geomantiam ad occulta aliqua Manifestanda semper subsequuntur ad aliquem cultum dæmonibus exhibitum includentem pactum, vel illud supponentem. Sousa dicto cap. 43. n. 4.

7 Sexta diuinatio dicitur, *Hydromantia*, ab *Hydor*, quod est *Aqua*, quando diuinatio fit per figuras apparentes in aquis, & est superstitio Diuinatoria, qua dæmonum iudustria occulta Manifestantur per aquam, vel in aqua. *Delrius Disquisit. magicarum. lib. 4. c. 2. qu. 6. sect. 3. Sousa loc. cit. c. 44. n. 1.*

Hydromantie vsus contemplatur in aqua motus illius, & in peluim, vel quodcumq; aliud Vas aqua plenum, picem, ceram, vel resinam liquefactam infundit, & ex figuris, que in ibi fiunt, & apparent cum prolatione certorum verborum, futura vaticinantur ex pacto dæmonis.

Fit etiam hydromantia vtendo vase aque pleno, vel puella Virgine, iniectis in aquam paleis, pronunciatisquè determinatis verbis, & tunc puero, vel puelle in dicto vase repræsentantur figuræ, ex quibus cognoscitur, quod quisque scire

ſcire vult, *Delrius dicta qu.* 6. *sect.* 4. *Et* huiuſmod. Diuinatio. ſæpe cum cultu dæmonum, & pacto exerceri ſolet.

8 Varias etiam ſpecies recenſet *Delrius lib.* 4. *cit. qu.* 6. *ſect.* 3. *uers.* Deniquè non ſunt alieni. Vbi ait Hydromantię diuinationem committere, qui hodie adhuc in Italia ad furtorum authores detegendos; Trium ſuſpectorum nomina totidem pillulis inſcribunt, & eas in aquam conijciunt,

9 Septima Species eſt *Aeromantia*, & eſt ſuperſtitio diuinatoria, quę arte dęmonum per Aerem occulta prędicit. *Delrius diſquiſit. Magicarum. lib.* 4. *c.* 2. *quęſtione.* 6. *ſectione* 4. *vers ſeptima*.

Et per hanc Diuinationem Vani, & Diuinatores oſſeruant Aeris Mutationem. & ſonitum arborum, flabellationem venti per angulos domorum, per portas, per Ianuas, & ex his futurũ prænunciāt. *Fagund. in* 1. *præcep. decal. lib.* 1. *c.* 39. *n.* 2.

10 Octaua Diuinationis ſpecies eſt *Pyromātia* à *Pyros* voce græca, quę ignem ſignificat, ſi per Ignem fiat Diuinatio, vel dęmonis reſponſio, & dęfinitur *Superſtitio Diuinatiua arte dęmonum occulta Manifeſtans in Igne. Delrius lib.* 4. *diſquiſit. Magicarum c.* 2. *qu.* 7. *ſect.* 1. *vers. Tertia*, *Souſa lib.* 1. *cit. c.* 46.

Plura exempla huius diuinationis vide apud eumdem Delrium. Vſus autem huius diuinationis eſt cum Diuinatores hac arte utentes conſiderant ignem, flammas, fumum, an Conglo-

batim

batim flammę ab igne emittãtur, an splendidè, an celeriter, an tenues, vel crassę sint, quem colorem efficiant, quem sonitum edant, an in modum pyramidum. *Fagund.* loco cit.

In *Hac* Pyromantia item aliquandò fiunt apparitiones in Igne, vel audiuntur voces; aliquandò verò ex sola figura flammę modo dicto aditis etiam certis caracteribus, & verbis coiectatio fit. Et in primo modo semper, aut saltem regulariter datur expressa dęmonum Inuocatio cum cultu; In secundo verò, vt plurimum inuenitur pactum implicitum. Sousa. lib. cit. c. 46. n. 3.

11 In hoc genere Diuinationis, ait *Delrius l.* cit. Peccare Germanos, qui in succensione Pyrarum, quas piè in honore S. Ioannis accendunt, ad crepitum, fumum, flammę modum, & similia attendunt. Item dum definitis vicibus circuire, vel transilire debere putant, quia *ista* reliquię sunt veteris paganicę lustrationis, ac traductionis per ignem, vt rectè censuit Conradus. Vuimpina, lib. de diuinat. c. 2.

12 Nona *Species* Diuinationis est *Aruspiciū*, & dicitur Diuinatio superstitiosa, qua dęmonũ arte ex animalibus in Aris dęmonum immolatis occulta cognoscuntur. *S.* Tho. 2. 2. qu. 95. art. 3. Delrius disquisit. Magicarũ lib. 4. c. 2 qu. 7. sect. 1.

13 Auguria, & cognitionem futurorum euentuum, & prænotionem liberorum effectuũ à voluntate hominum pendentium captare per mortuorum animalium exta, & Interiora omninò est illicitum, & diabolicum pactum; quã-

do-

dòquidem cum hęc ex natura sua nihil significēt; nulla ex illis cognitio de rebus futuris, aut pręteritis, sumi potest, pręterquam de aliquibus effectibus naturalibus pluuię, ventorum, &c. nam cum aer, & constellationes cœli in his animalibus imprimere possint; nihil obstat, quod ex illorum ilijs sic, vel sic calidis, aut salientibus mutatio aliqua, aut varietas in tempore cognosci possit ab aliquibus curiosis obseruatoribus Ita *Fagundez lib. 1, in 1. praeceptum Decalogi c. 39. n. 23*

14 Considerandum autem est quod in huiusmodi diuinationibus regulariter solet interuenire pactum explicitū cū dæmone; ex *S. Tho.* loc. *cit.* exquo inquit *Sousa lib.* 1. *cit. c.* 47. *n.* 4, ꝙ circa has supra dictas nouem species diuinationis, quas Sanctus Doctor inquit fieri cum pacto expresso dęmonis, quod licet non semper in illis fiat pactum expressum ab eo, qui illas exercet, etiam si expresśè dęmon ipse inuocetur, aut ei Sacrificium offeratur: semper tamen, saltem alius, qui præcesit, inijt huiusmodi pactum sal ē in illis, in quibus damtur apparitiones, & responsa.

15 Diuinatio item quandòquè habetur ex consideratione ipsarum rerum merè naturalium, vt cum quis scire vult ea, quę ex talibus rebus non possunt sciri, vndè in his etiam interuenit aliquod implicitum pactum cum dæmone.

Primò si aliquis ex situ, motu, & positione Astrorum, & Planetarum, aliquos effectus velit enunciare, & dicitur *Astrologia Iudiciaria*, in his, in quibus est prohibita.

Secun-

Secundò ex vocibus & garritu auium, & animalium fit diuinatio, & dicitur *Augurium*.

Tertiò ex Volatu item Auium, aut quorumuis animalium motu, & dicitur *Auspicium*, ab aspectu auium.

Quartò ex hominum vocibus, casu, & preter intentionem prolatis fit diuinatio, & dicitur *Omen*.

Quintò ex signis totius corporis humani precipue faciei, & dicitur *Physognomia*.

Sexto ex Signis, & lineis in manu, & dicitur *Chiromantia*.

Septimò, additur *Sortilegium* propriè dictum per diuinatorias sortes ad diuinãdas scilicet res occultas. De his omnibus diuinationibus latè agit *Delrius lib. 2. Disquisit. Magicarum c. 2. qu. 6. & 7. & Sousa in Aphoris. Inquisit lib. 1. à c. 39. vsq. ad* 57.

Sed quoniam omnes he species diuinationis solum materialiter differunt, sicut etiam omnes species superstitionis, vt rectè animaduertit *Suarez lib. 2. de Superstitione. c. 14. n. 10.* quia in ratione malitie formaliter non distinguuntur, ideò non est opus de his omnibus diuinationibus singillatim considerare, sed aliqua solum hic explicabimus, que maiori indigent animaduersione.



§. 4.

§. IV. DE

NECROMANTIA.

1 NEcromantia dicta est à *Neros* nomine greco, quod *mortuũ vel* cadauer significat, & ex *tex Manteias*, quod dicitur *Diuinatio*. *Sic Torreblanca lib.* 1. *de Magia c.* 16. *ex D. Augustino lib.* 10. *de Ciuit. Dei c.* 9. Hinc definitur à *D. Thom.* 2. 2. *qu.* 95. *art.* 3. quod sit Diuinatio per mortuos.

Et vt animaduertit *Sousa in Aphoris. Inquisit. lib.* 1. *c.* 41. Tribus potissimũ modis Necromantia exerceri solet. Primò, cum quis certa verborum forma, certis carminibus, descriptisque circulis, figuris, aut caracteribus à dæmone immediatè, vel mediatè acceptis, ferèque semper adhibito sanguine, mortuos suscitare conantur, ex eisquè multa occultissima, vel etiam futura cognoscere. *Martinus Delrio disquisit. Magicarum* lib. 2. *qu.* 26. *sect.* 1. & *sequentibus*. *Pererius de Magia c.* 11. *Farinacius de hæresi qu.* 181. *n.* 58. *Raphael della Torre, tom.* 2. *de vitÿs oppositis Religioni qu.* 95. *art.* 3. *disputatione.* 3.

2 Secundò, Necromantia exercetur cum quis defunctorum animas, & precipuè eorum mortuorum, qui flagitiosè vixerunt, aut violenta

lenta morte obierunt, pręparatis ceremoniis, euocare contendit, vt occulta manifestent. *Torre loc. cit. & Sousa n.3.*

3 Tertiò, cum quis ex descriptis figuris, lineis, & signis in mortuorum corporibus, vel ex certò cadauerum contactu vult occulta indagare. *Sousa. n.4. ex Torre loc. cit.*

4 Euocationes autem animarum, quæ ministerio artis Necromantiæ fiunt, vana sunt, & fallaces; quia dæmones circà animas separatas nihil possunt, neque eas de loco in locum transferre valent; quandòquidem si sunt in Cœlo, alienum est à statu Beatifico, vt dæmonibus subijciantur; Pari ratione, si sunt in Purgatorio, cum sint in via Beatitudinis. Si autem animę in Inferno morantur, habitant ibi tamquam in carcere à Diuina Iustitia reclusę, à quò exire nullatenus illis permittitur; nec dęmonibus permittitur, vt eas ducant quo velint, Sed tantum, vt torqueant iuxtà delictorum qualitatem. Ita *Suarez tom. 1. de Religione lib. 2 de Superstitione. c. 16. n.* 14 *Lessius lib. 2. de Iustitia. c.44. dub. 3. n* 23. *Castrus Palaus tom. 3. tract.17. disp. 1. punct. 9. num.* 4 Quomòbremcum aliquæ animæ virtute maleficiorum apparere videntur, non censendę sunt ipsæ apparere, sed eorum Imagines; & responsa, quæ dantur, à dæmone sunt.



S. 5

§. V. DE

DIVINATIONE PER ASTRA, SEV ASTROLOGIA Iudiciaria.

1 Svpponendum est duplicem esse Astrologiam, alteram naturalem, cuius munus est cognoscere naturam, & proprietates stellarum ex effectibus; Et præterea ex ipsarum proprietatibus, & motibus precognoscere effectus in ipsis cœlis euenturos. Alteram Iudiciariam.

2 Prædictio effectuum naturalium ex Astris non est per se mala, vel prohibita. Probatur ex *Bulla Sixsti V. Cœli, & Terræ*; vbi excipiuntur futuri euentus prouenientes necessario, vel frequenter ex naturalibus causis, & infra excipit prædictiones circa Agriculturam, nauigationē, & rem medicam. Ratio est est, quia hi effectus non sunt per se occulti, sed per suas causas cognosci possunt. Ita docet *Suarez lib. 2. cit. de superstit. c. 11. n. 5.*

Considerandum tamen est huiusmodi effectus esse valde incertos. Ratio est, quia cognitio

certa pendet ex concursu, & aspectu omnium Astrorum simùl, hìc autem, cum quolibet momento varietur, in certissimus est. Praeterea hi effectus non solum pendent à causis cælestibus, sed etiam ab Inferioribus nec tantum ab efficientibus, verùm etiam à Materialibus. *Suarez loc. cit. n.* 11. *Filiucius tract.* 24. *c.* 4. *n.* 79.

3 Astrologia autèm Iudiciaria prędicens futura contingentia, quæ pendent ex libero arbitrio, per Astra, superstitiosa est, & diuinat ex tacito pacto cum dæmone. Probatur, quia prædictio futurorum contingentium liberorum, vel fundatur in Astris tanquam in causis, & sic esset hæreticum; Vel tanquam in puris signis, & ita continet Superstitionem sicut aliæ diuinationes. In altero autem horum fundari debet, si predictio certa decernatur, & ita existimabant gentiles omnia duci fato, & necessitate quadam ineuitabili. Quarè vtendo arte hac, isto modo tollitur humana libertas, quod est hæreticum.

4 Quòd autem sit Superstitio prędictio ex Astris, vt pura signa sunt, non autem vt sunt causæ; patet, quia talia signa non sunt naturalia; ergo erunt signa ex alicuius institutione, & ad placitum significantia; at non Dei, aut boni Angeli; Ergo dæmoniaca signa sunt, & consequenter pactum saltem tacitum cum dęmone aderit. *Suarius*, *& Filiucius locis cit.* Hinc est, quod cum occulti, & fortuiti euentus prædicuntur, vel denunciantur V. G. Caium talem matrimonium contracturum, Titium liberos ha-

habiturum, aut Episcopum futurum, gladio, Aqua, Igne moriturum, est damnata superstitio per constitutionem *Sixstà V. supra citatam*.

5 Prædicere autem ex Astris Inclinationem futuram nascentis pueri non est per se malum, nec vniuersaliter prohibitum, ita Doctores cōmuniter cum Suario, c. 11. cit. n. 8. Quod non sit per se malum, patet ex eo, quià Inclinatio naturalis procedit à causis naturalibus: Cœlum. n. & influentiæ magnam vim habent in corpora, ergò ex illis licebit conijcere futuram Inclinationem. Quod neque sit vniuersaliter prohibitū, probatur quià, nullo iure positiuo damnatum est, hoc ipso quod naturales tantum effectus ex causis naturalibus prædicuntur. Nequè in *Bulla Sixti V.* videtur omnino esse prohibitum huius modi iudicium. Ratio est, quià, & si solum excipiat iudicia pertinentia ad agriculturam, nauigationem, & rem medicam; tamen quo ad id, quod non est per se malum, non est prohibitum. Et confirmatur ex verbis Bullę: Aut facientes iudicia & natiuitates hominum, quibus de futuris contingentibus, successibus, &c. aliquid affirmare audent, ergò restringit prædictionem natiuitatum ad futuros effectus contingentes. Qui igitur tantum coniectat temperamentum, & inclinationem, non agit contra Bullam. *Ita Suarez loc. cit. n.* 12. & cum eo *Filliucius. n.* 84.

6 Animaduertendum hìc est autem ex eodē *Suario. n. 9.* huiusmodi coniectationem etiam incertam esse ex Astris, obseruato puncto natiuitatis

tiuitatis cuiusque hominis; Ratio est, quià temperamentum prolis non tantum ex Cœli influxu, sed multò magis ex materia conceptionis, ac nutritionis dependet. Tum quia vt *D. Aug. adnotauit lib. 2. de doctrina Christiana. c. 22.* Pūctum illud, siuè momentum natiuitatis, quod Mathematici exactissimè obseruandum esse asserunt, depræhendi certò nequit, ob rapidissimum Cœli motum, aliquè impedimenta.

7 Prædictio autèm ex Astris futurorum quæ ex sola voluntate Dei pendent, erronea est & temeraria, Exempli gratia, prædicere talem futurum Cardinalem, Pontificem, &c. vel de vita, & morte Pontificis, quasi hæc non à solo Deo, sed ab Astris etiam dependeant; contra quos latè *Pater Alexander de Angelis. lib. 4. contra Astrologos, c. 47. per totum.* Vide *Constitutionem Sanctissimi Domini nostri Vrbani. VIII.* quę incipit: *Inscrutabilis. &c. edita Kalendis Aprilis. 1631. Carena de modo procedendi in causis sancti Officiȳs tit* 12. §. 9. *n.*50.

8 Demum temeraria, erronea, & hęretica est ea Astrologiæ species, quę Mysteria nostræ fidei prędicere audet ex Astris, vt, quod Christus nasciturus erat ex Virgine quia in puncto Sanctissimæ ipsius natiuitatis ascendebat in Horoscopo Signum Virginis, vt videre est ex figura Cœli ab Aliaco erecta *apud Sixtum Senensem. lib. 6. Bibliot. annotatione*. 10. Mysteria enim nostræ fidei non ex Astris, sed ex solo Dei decreto pendent. Delrius, lib. 4. disquisit Magicarum. c. 3. qu. 1. concl. 3. Vbi ait: peccasse Petrum Aliacen-

censem, qui diluuium Noe, Natiuitatem Christi, & alia huiusmodi Mysteria supernatutalia Astrorum disciplinæ subiecit.

§. VI. DE PHYSIOGNOMIA, ET CHIROMANTIA.

1 EX physiognomia capitis, vel ex manuum lineis bonam, vel malam fortunam coniectare, prosperos, vel aduersos hominis euentus, videlicèt, futurum diuitem, vel pauperem, Religiosum, vel sęcularem, Sacerdotem, vel laicum, solutum, vel matrimonio alligatum, vt faciunt physiognomia, & Chiromantia Astrologicę, vanum, & Superstitiosum est. Probatur; quia illa signa causa esse non possunt illorum effectuum, nequè in illis signis tales effectus prędici possunt; nisi ex doctrina demonis includente pactum implicitum, ideò Chiromantiam damnat *Sixtus Quintus in Bulla contra Astrologos*. Et *in Indice librorum probibitorum* interdicuntur omnes libri hanc docentes. Stultum enim est, quod obseruant Chiromantici, hāc Areolam esse Iouis, illam Mercurij, aliam Veneris; atque ita superaddunt tales Areolas lineas hoc prænotare, alias illud, quę omnia


nulla ratione, vel authoritate confirmant, sed nudo suo delirio. *Delrius lib. 4. disquisit Magicarum c. 3. quæstione 5.*

2 Hinc diabolica diuinatio, & vana superstitio est, ex figura, & delineatione manuũ euentus futuros iudicare; tum quià in huiusmodi lineis filij comuniter referunt parentes; sicut, & in vultu plerumquè, & in reliquis corporis partibus, & tamèn videmus sæpè filios, qui habent easdem lineas cum parentibus, non eamdem fortunam parentum habere. Tum etiam quià huiusmodi delineamenta manuum ad diuersas ætates hominum, vel corporis macie, vel pinguedine, vel vario, & assiduo manuum labore demutantur, vt in fabris ferrarijs, aut lignarijs. *Fagundez lib. 1. in. 1. prgceptum Decalogi c. 39. n. 3.*

3 Vndè nõ licèt seriò de bona, vel mala fortuna Ægyptianam mulierem interrogare, nisi si Ioci causa, & ob curiositatem absquè periculo ei fidem adhibendi, interrogaretur. *Nauarrus in summa c. 11. n. 31. Sanchez lib. 2. c. 3. n. 43. Filliucius tract. 24. c. 5. qu. 11 n. 135. Castrus Palaus tract. 17. disp. 1. punct. 7. n. 4.* Quamõbrem Domini Inquisitores punire possunt Ægiptianas mulieres, Vulgò, *Zingaræ*, quę annunciant bonam fortunam, vt docet *Villadiego in polit. c. 50. §. 20. n. 50.* quem refert, & sequitur *Diana p. 4. tract. 8. resolut. 128.*

4 Non erit tamèn superstitiosum ex hominis partibus, aut manuum quibusdam lineis præcipuis, & permanentibus conijcere probabiliter cor-

corporis diſpoſitionem, & affectus animi, vt ingenium, complexionem, qualitates naturales velùti faciunt ex phyſiognomia, & Chiromantiá naturali Aſtrologi Sapientiores, non tamèn certò illa prędici poſſunt. Vndè *Diuus Gregorius Nazianzenus* cum eſſet condiſcipulus Iuliani Apoſtatæ ex praua ipſius phyſiognomia probabiliter coniecit malos animi affectus Iuliani. Ita idem *Diuus Gregorius orat.* 48. *in Iulianum.* 2. *circà medium. tom.* 2. *his verbis. Nequè enim mihi boni quicquam ſignificare atquè ominari videbantur, ceruix non ſtata, humeri ſubſultantes, & ad æquilibrium ſub indè agitati, oculus inſolens, & vaghus, vultus lineamenta ridicula, &c. hęc* Sanctus *Nazianzenus.*



SEC-

SECTIO. III.

DE

VANA OBSERVANTIA, ſeu

MAGIA.

1 Tertia ſpecies ſuperſtitionis à Theologis numeratur *Vana obſeruantia*, ſeu *Magia*, quę interdum largè ſumitur, interdum ſtrictè, & ſtrictiſſimè, largè Magia comprehendere ſolet diuinationem Superſtitioſam: omneſque ſpecies, & hoc modo in iure tam canonico, quam ciuili ſępè ſumitur magię nomen, vt ait *Suarez lib. 2. de ſuperſtitione c. 14. n. 3.* Alio modo accipitur Magia magis ſtrictè, pro vt diſtinguitur à diuinatione; quia hęc ars ordinatur ad aliquid faciendum vltrà humanas vires, & non virtute Dei, ſed demonis. At diuinatio ad cognoſcendum aliquem effectum occultum. Hęc autem Magia eſt eadem ſpecies cum vana obſeruantia Secundum *Caſtrum Palaum tract. 17 cit. diſp. 1. de Superſtitione. punct. 8. n. 1.* Ratio eſt, quia vana

vana obſeruantia tendit ad opus, Exempli gratia, ad aliquod bonum ſibi comparandum, vel alteri; queque communi, & vſitato vocabulo, Magia vocatur; ſi autem aſſumantur media ad inferendum alteri damnum vocatur Maleficium, vndè vana obſeruantia definitur ex. *D. Thoma.* 2.2 *queſt. 96. art.* 1. *Vana obſeruantia eſt Magia ſuperſtitioſa, qua commodum aliquod ſperatur ex re, quę nec ſupernatulariter eo pertinet, neque naturaliter id præſtare poteſt.*

2 Communiter autem vana obſeruantia ad plures ſpecies extenditur. Prima eſt, cum tibi, vel alteri intendis ſcientiam rerum naturalium, & dicitur *Ars Notoria.* Secũda quia tibi, vel alteri cõparare intendis bona fortunæ, & honoris, corporis ſanitatem, vitæ longitudinem, & dicitur *obſeruantia ſanitatum*. Addunt alii, apud *Filliucium tract.* 24. *c.* 6. *n.* 135. tamquam aliam ſpeciem diſtinctam, *Obſeruantiam Reliquiarum*, cum ſcilicet, quis geſtat, aut vanas reliquias, aut veras: ſed cum vana circumſtantia, ſeu breuia ſuperſtitiòſa. Quarta Species eſt Magia propriè, & ſtrictiſſimè dicta, quę ſi tendat ad opus mirum dicitur abſolutè *Magia*; ſi verò tendit ad malum alteri inſerendum, dicitur *Maleficium*, vel *Veneficium*. Et de ſingulis his ſpeciebus vanę obſeruantię, ſeu Magię hic ſingillatim eſt agendum pro clariori cognitione.



§. I.

§. I. DE ARTE NOTORIA.

1 PRima species vanæ obseruantię, seu Magicę superstitionis, est *Ars Notoria*, quę pertinet ad scientiarum infusionem; Cur autem Ars Notoria vocetur, Authores non dicunt, vt ait *Suarez lib. 2. de Superstitione c. 15. n. 4* Appellatur atiam hæc Ars Notoria *Clauicula Salomonis* ad similitudinem scientię, quę Salomoni indita est, & per hanc artem sinè nullo labore, sinè pręceptore, aut studio, omnium diuinarum, humanarumque rerum cognitio, breuissimo temporis spatio pollicetur. Vide *Torreblancam lib. 1. de Magia. c. 14. & Delcium lib. 2. Magicarum diquisit. quæst. 24. & lib. 3. part. posteri oriquæst. 1. 2. 3. & 4.*

Refert autem *Petrus Ciruelus in Apolog. Astrolog. Iudic. apud Torreblancam* ritus, qui seruantur à Cultoribus huius artis, hi enim per orationes, & Ieiunia, mediisque vanis, & Inefficacibus scientię consequutionem subito acquirere conantur, sed species est Magię, & pactum implicitum cum dęmone continet *Suarius. loc. cit. n. 5. Et* desumitur ex *S. Thoma 2. 2. quæst. 96. art.*

art. 1. *in prima part. corporis*, vbi ait. Artem illam vti ad ſcientiam obtinendam quibusdam vanis obſeruantiis, non vt cauſis, ſed vt ſignis ſuperuacuis, & per conſequens, (ait) ſunt ſigna pertinentia ad pacta quędam ſignificationum cum dęmonibus placita, atque fœderata.

2 Vndè de Anabatiſtis refert *Caſtrus Palaus tom.* 3. *tract.* 17. *diſp.* 1. *punct.* 10. *n.* 4. quòd ſumpto illo Execrando pane (quem ipſi Eucharistiam vocant) totam ſcripturam recitant, ac ſi illam męmoriæ mandaſſent, cum tamen anteà prorſus illam ignoraſſent. Hoc autem euenit, non quòd verè ſciētiā illā adepti ſint, ſed ex aſſiſtētia diaboli illorū līguā mouētis, ꝙ euidēter colligitur ex eo ꝙ renūciata hęreſi, & peccati pœnitētia pacta omninò ignorantes, vt antea redduntur. Hinc eſt, quod hæc ars notoria damnata fuit *Pariſijs anno.* 1320. *Delrius li.* 3. *cit. ſect.* 2.

3 Differt autem hęc vana obſeruantia, & Magica ſuperſtitio à diuinatione in eo, quod in diuinatione procuratur cognitio tranſiens alicuius occulti effectus, quę tota nititur authoritati, & teſtimonio dęmonis reuelantis. At per Magicam ſuperſtitionem huius artis procuratur cognitio ſcientifica permanens. *Ita Caſtrus Palaus loc. cit. n.* 6.

4 Ad hanc etiam Artis Notorię Magiam reducitur *Ars Paulina*, de qua *Torreblanca loc. cit. n.* 15., quià fingunt à Deo traditam D. Paulo in ęſtaſi conſtituto, & Apoſtolū poſteris tradidiſſe. *Delrius lib.* 3. *cit. ſect.* 2. *verſu. huius vanitatis varij ſunt rami.*

5 De-

5 Deniquè ad hanc ſpeciem Magię ſpectat non ſolum Ars Notoria propria, ſed etiam omnis ars addiſcendi ſcientiam ope dęmonis, quocumque modo intendatur, vt ſi quis ſtudendo, & faciendo quod in ſe eſt ad ſcientiam acquirendam, ſimul vteretur vanis obſeruantijs, quibus ſperaret, vel vim memorię acquirere, vel facilitatem, & acumen ingenij, vel organa ſenſuum melius diſpoſita, & ſimilia, quę virtute naturalium obſeruantiarum fieri non poſſunt. *Ita Suarez dict. lib. 2. de ſuperſtitione c. 15. n. 7.*

§. II. DE OBSERTANTIA SANITATVM.

1 SEcunda ſpecies vanæ obſeruantiæ eſt Magia, quę reſpicit bona corporis, fortunę, honoris, ſanitatis &c. & tunc eſt, quoties aliquis vtitur medijs, quę non ſunt à Deo ad talem effectum pręordinata in ſanandis morbis, vt ſi quis faciat oblationem ex bonis elemoſina impetraris, credens eam maioris efficacię ad effectum conſequendum. Vide *Suarez lib. 2. c. 15. n. 8. & Delrium lib. 3. diſquiſt. Magicarum p. vltima quęſt. 4. ſect. 7.*

2 Hinc ſuperſtitioſus eſt abuſus applicare ver-

verba consecrationis rei, adquam instituta non fuerint, & peti effectum sibi concedi per vim prędictorum verborum, quæ ius non ad vulnerum corporis solidationem, sed ad panis, & vini transubstantiationem ordinata sunt à Saluatore. Idem dicendum est de alijs verbis sacrę Scripturę, vel alterius orationis, quando applicantur ad res corporeas, ad quas à Deo, vel ab Ecclesia non sunt ordinata. VG. vt est motus Annuli super filum, ad recitationem psalmi, vel alterius orationis. Hęc enim omnia superstitiosa sunt, & inditia pacti impliciti cum dęmone; vndè refert *Caietanus in Summa, verbo, Incantatio §. quarto excellentia*, se vidisse mouere annulum super filum dictis certis verbis ex psalmis deductis, & voluisse experiri huiusmodi vanum effectum, & vincere homines de diabolica fraude ad effectus vanos intenta, & accepto filo, & annulo protestatum fuisse, se versum illum Sacrum Deo vero, cui à Psalmista dirigitur, dicere, & non tanquam institutum ad mouendum annulum, & sic dixisse versiculum illum, & annulum non fuisse motum; vt hinc, inquit, cognoscant omnes, quod tunc Diabolus mouet annulū quandò versus ille ei dicitur ea intentione, qua ipse instituit. Idem docet *Fagundez lib. in. 1. praceptum Decalogi c. 35. n. 16.*

3 Ad Hanc vanam obseruantiam etiam reducitur, si corporis sanitatem prętendas consequi pręcibus, circumstautias vanas, & inutiles habentibus, vt cùm quibusdam orationibus sanatur dolor capitis, fluxus sanguinis, & alij

mor-

morbi, &c.

Item ad hanc speciem vanæ obseruantię sanitatum spectat vsus imaginum Astronomicarum, quę quia sunt factę sub quodam costellationis signo, & in tali figura, reputantur proficere ad varios morbos pręcauendos, & curandos; talis enim vsus superstitiosus est; quando aiunt imaginem leonis insculptam auro, sole existente in corde Leonis, & medium Cœli obtinente, accipere vim contra calculũ, & nephriticos dolores, & similia; sunt enim hęc vana, & Superstitiosa; tum quia vel Astra talem vim non habent, vel si habent, nescitur, quę nam sint ea, quæ talem virtutem habent; tum etiam quia figura arte impressa non est congrua dispositio ad recipiendam virtutem physicam plura apud *Lessium, lib. 2. de Iustitia c. 44. dub. 2. n. 12. Filliuccium tract 24. c. 7. n. 168. & Castrum Palaum tract. 17. tom. 3. disp. 1. punct. 10. n. 11.*

4 Queres an licitum sit vti certis orationibus, quę vulgo circvmferuntur, & in sepulcro Hyerosolymitano repertę finguntur, aut alijs locis sanctis, in quibus promittitur recitanti vel gestanti perpetua felicitas; quod nunquam in bello vulnerabitur, nunquam percutietur, vel subita morte rapietur, aut quòd neque aqua, neque igne peribit, & quod erga principes omnia sint illi prospere, ac feliciter cessura.

Respondeo cum *Suarez lib. 2. de superstione c. 15. n. 9.* esse Magicam deceptionem, & dęmoniacam superstitionem hos effectus certò euenturos sperare non minus quam si esset ita à Deo

pro-

promiſſum; poſſe tamen portantes, aut orationes haſce récitantes, non peccare quando eas portant, & recitant non expectando hos effectus tanquam certò euenturos; ſed confidendo Sanctorum illorum meritis, & precibus fore, vt ab his malis preſeruentur. Ita etiam *Sanchez. tom.* 1. *decalogi lib.* 2. *cap.* 40. *num.* 20. *Fagundez lib.* 1. *in primum præceptum decalogi cap.* 35. *num.* 16. alios referens.

§. III. DE OBSERVANTIA RELIQVIARVM ET BREVIBVS SVPERſtitioſis.

1 VAna, & Superſtitioſa obſeruantia eſt verba aliqua, vel ſigna Sacra vſurpare, vel ſecum deferre cum vanis, & ſuperſtitioſis circumſtantijs, aut ligaturis, quas Eccleſię catholicę vſus non commendat. Licitum tamen eſt, & pium Sanctorum Reliquias, cereas Agni Dei effigies, Euangelium S. Ioannis, pſalmum Dauidis, & ſimilia ſacrę Scripturę teſtimonia, ſecum geſtare collo appenſa, modo nullam habe-

ant vanam, & superstitiosam circumstantiam. E. G. vt sic, vel sic sint scripta verba sacra in illis contenta, in charta pergaminea, non papyracea, à Virgine puella non ab alia persona, tali tempore, tali hora, tot filis assuta, vel talibus appensa, vel inclusa in theca talis formæ. &c. *Ita Delrius lib. 1. disquisit. Magicarum. c. 4. quæst. 4. Sanchez tom. 1. Decalogi, lib. 2. cap. 40. num. 26. Fagundez lib. 1. in 1. præceptum Decalogi, c. 37. n. 12. alios referens.*

2 Hinc est quod quatuor conditiones numerantur, vt gestatio breuium licita sit, & pia, atque superstitionis expers, quas ex Doctrina *S. Thomæ. 2. 2. quæst. 96.* refert *Pegna in Comm. ad Ambrosium de Vignate. tract. de hæresi, quæst. 4. num. 49. versu. sed qui breuia portat*: Prima est, quod ibi descripta nomina sint cognita intelligibilia, & Sancta. Secunda conditio, quod in his breuibus nullus adsit caracter, aut figura præter signum Crucis, vel aliud pium, nulla imago præter Christi, aut Sancti alicuius noti. Tertia conditio in his nihil falsi, aut vani, aut ad inuocationem dæmonum apponendum est. Quarta conditio, quòd nulla Spes constitui debet in modo scribendi, vel ligandi, neque in materia in qua describuntur.

3 Superstitiosum est, & pactum cum dæmone supponit, credere quod huiusmodi breuia habeant virtutem, vt ea gestantes non possint interfici, summergi, suspendi. &c. & si hęc credant virtute propria illorum characterum, & nominum

minum dęmonum, consequi posse, tunc non carent hęresis suspicione. *Pegna. loc. cit. vers. caterum diligenter.*

Superstitio etiã hęreticalis est, portare chartã appensam ad collum cum nominibus (*Gibeth*) & alijs incognitis, quia nomen illud, *Gibeth*, est nomen dæmonis, vt dixit *Ioannes Laurentius de Anania lib. 2. de natura dęmonum. c. 61.* & delatio illa ad collum signum est reuerentiæ, & cuiusdam adorationis dæmoni æxhibitæ, sicuti signum reuerentiæ, & deuotionis est erga Sanctos, eorum reliquias ad collum gestare. Ita Carena *de modo procedendi in causis sãcti Officij. t. 12. §. 8. n. 40.*

4 Huc etiam pertinent formulę omnes, quibus immiscentur nomina ignota Angelorum prętér ea, quæ habentur in scripturis Sacris. Et ratio est, quia Angeli, & si proprie nomina habeant, tamen nobis sunt ignota, & ex canonicis scripturis, non habemus nisi nomina: *Michaelis, Gabrielis, & Raphaelis*. Et *ex 4. lib. Esdræ. c. 4.* nomen *Vrielis*; sed tamen *Phylo Iudeus de Antiquitatibus biblicis* ait, quod Angelus, qui apparuit Matri Samsonis vocabatur *Phadael*. Et *Fernelius Medicus lib. 1. de abditis rerum causis, c. 11. ait*, litteris se proditum accepisse, quod primi parentis Custos Angelus dictus sit *Raziel*, Abrahæ *Zakiel*, Isaac *Raphael*, Iacob *Peliel*, idest *Mirabilis Dei*, Moysis *Metraton*. Verum hæc Cabalistarum sunt, vel coniecturę, vel cõmēta refert *Cornelius à lapide in c. 32 Genesis.*

Indè est, quòd *Concilium Romanum sub Zacharia Pontifice* ad damnandos errores *Aldeberti*, *& Clementis* hereticorum Germaniam turbantium, vbi inter cetera lecta vna Oratione *Aldeberti*, in qua continebantur hec verba; *supplico vos Angelus Vriel, Angelus Raguel, Angelus Tubuel, Angelus Michael, Angelus Adimis, Angelus Tubuas, Angelus Sabaoth, Angelus Simiel.*; quibus lectis Zacharias *Papa* interrogauit Episcopos, vt sententiam de his suam proferrent: Illi damnandum *Aldebertum* pronunciarunt, vt hereticum, & Pontifex approbauit. *Delrius lib.* 1. *cit. cap.* 4. *quæstion.* 4. *versu posterior pars conclusione.*

6 Nequè hoc mirum esse videtur, quià dæmoniaci aliquandò nomina Angelorum dæmonibus tribuunt: imò etiàm aliquandò Dei nominibus abutuntur ex *Procopio in Leuiticum apud Delrium loc. cit.* Vbi ait: *Inuocant Zabaoth; Quid tum? Impiè hoc faciunt. Nam illam appellationem non Deo, sed dæmonibus tribuunt, & plerumquè illi dæmoniaci vsurpant nomina diuina dum ea imponunt dæmonibus, quorum ambitioni seruiunt.*

7 Verùm hìc animaduertendum est ex *Cornelio à lapide in Apocalypsim. c.* 1. Quod Beato Amadæo reuelata fuerunt nomina septem præcipuorum Angelorum, qui astant coram Deo intèr alios, & approbat ex Ecclesia septem Angelis hìc Panormi dicata tempore *Hectioris Pignatelli comitis Montis Leonis, Proregis* Regni, *regnante* Carolo. V. nomina autèm in dicta Ecclesia

clesia sunt sculpta, & in *hac etiam Cathredali, & Metropolitana Ecclesia Panormitana in Sacello Venerabilis Memoriæ D. Didaci de Haedo Archiepiscopi Panormitani prædecessoris Eminentissimi Domini D. Ioannettini Doria S.R. E. Presbyteri Cardinalis, eiusdem Vrbis Archiepiscopi*, nunc fœliciter regnantis, sunt verò nomina hæc septem Angelorum videlicet: *Michael Victoriosus, Gabriel, Nuntius Raphael Medicus, Vriel fortis socius, Iebudiel Remuneratori, Bara chiel Adiutor, Sealtiel Orator.*

8 Deniquè animaduertendum est Superstitiosam omnino esse cartulam, quam nonnulli pro doloribus viscerum gestare solent, in qua est scriptum nomen, *Pater*, & Statim *Balthasar*, nomen *Filius*, & statim *Gaspar*, & Nomen *Spiritus sancti*, & illicò, *aliud nomen simile*, & ob id prædicta cartula tamquam superstitiosa tollenda est, sub peccato Mortali. Ita *Hieronymus Llamas in methodo curationis animi. 3. p. c. 3. §. 1. versu, quascumque autem cartulas, &* Carena *tit.* 12. §. 30. *n.* 110.



§. IV.

DE MAGIA PROPRIE DICTA.

1 ALia species vanæ obseruantiæ est *Magia* quæ duplex est. Altera naturalis; Superstiosa, & dæmoniaca altera. Ita communiter Doctores, *Pererius de Magia. c. 9. Delrius disquisit. Magicar. lib. 1. c. 5. Lessius lib. 2. c. 44. dub. 1. Suarius lib. 2. c. 14. n. 10. Farinacius de hæresi quæst. 181. §. 1. n. 36. Filliucius tract. 24. c. 7. n. 162.* Magia naturalis est ratio operandi mira per causas naturales absquè ope dæmonis, de qua *Cardanus lib. de Varietate. Iōes Baptista Porta,* multæ naturę miracula, seu mira, quorum causæ ignorantur ex *Plinio*, & aliis refert. *Torreblanca lib. 2. de Magia c. 1.* vt de Remora pisce, quòd si Nauigio adhęreat, licèt incitatissimo feratur cursu, eum sistere cogit. Et de Magnete, quę ferrum ad se trahit &c.; hæc non est prohibita in Iure, non est tamen multum addiscenda, quæ docet nimias curiositates, in quibus Diabolus sæpè facilè se potest permiscere. *Farinacius loc. cit. Fagundez lib. 1. in primum præcep-*

ceptum Decalogi c. 41. *n.* 1.

2 Magia autèm superstitiosa, de qua nobis est sermo: *Est ratio quædam, seù facultas efficiendi mira opera ope, & Ministerio dæmonis per signa ab ipso instituta*, quę semper habet saltèm tacitum pactum cum dęmone; quia vtitur medijs, quę solum ope dęmonis efficaciam habere possunt; vndè illa assumens, tacitè opem dęmonis implorat: aliquandò verò cum expresso pacto cum dęmone hęc magia contingit. *Suarez lib.* 2. *de superstitione*, *c.* 14. *cit. n.* 10. *Castrus Palaus tom.* 3. *tractat.* 17. *disputatione* 1. *punct.* 8. *n.* 2.

3 Effectus autèm Magici si non excedunt potestatem, & virtutem dęmonis, potest dęmon facere, Deo permittente; si vero excedunt, tunc dęmon vel mentitur, vel decipit sensus humanos illudendo, vt constat ex cap. Non mirum. 26. qu. 5. & tradit *S. Thomas* 1. *par. quæst.* 114. *art.* 4. *ad* 2. Vt autem effectus aliquis superstitiosus sit, & arte Magica perpetratus, debet constare, vt animaduertit *Castrus Palaus loc. cit. punct.* 10 *n.* 1. videlicet, neque à causa naturali esse productum, saltem eo modo, quo est productus: neque à Deo prouenire, quandoquidem si à causa naturali adęquatè prouenit, non ad Magiam damnatam, sed ad naturalem Magiam pertinebit; si autèm à Deo est productus extrà virtutem causarum naturalium erit opus diuinę virtutis. Cognoscere autèm, quandò à causa naturali, quandò à Deo, quandò à dęmone effectus proueniat Difficile est, vt rec-

tè expendit *Valentia* 2. 2. *disput.* 6. *quæst.* 13. *punct.* 2. *antè medium*. *Sanchez lib.* 2 *Decalogi c.* 40. *à n.* 42. Vt autèm cognoſcatur an à Cauſa naturali, an à Superiore virtute effectus prouениat, comparanda eſt cauſa cum effectu, & effectus cum cauſa, & examinandum, an ex Sapientum doctrina, talis cauſa potens ſit effectum producere, eo modo, quo eſt productus: Si enim Iudicio prudentum firmatur cauſam illam impotentem eſſe ad talem effectum producendum, neceſſariò cenſetur, non prouenire à cauſa naturali. Ita *Caſtrus Palaus loc. cit. pun.* 10. *num.* 1.

4 Magicam artem exercentes non ſolum ſortilegi hereticales reputantur, ſed etiam vt heretici habendi. *Repertorium Inquiſitorum verbo hæreſis, rubrica ſapere hæreſim manifeſtam, verſu ex prędictis apparet*. *Vmbertus Locatus in Iudic. Inquiſit. in verbo Apoſtat. n.* 5. *verſu, & ſimiliter etiam in alijs operibus Magicis*. *Farinacius de hæreſi quęſt.* 181. *n.* 36. alios referens, vbi firmat, quod Magia, quæ naturalis nòn eſt, hereſim in ſe contineat, cum non niſi demonum auxilio, & cum eis inito pacto exerceri valeat: Quæ doctrina eſt intelligenda non ratione magicę ſuperſtitionis, ſed circumſtantiarum, vt rectè docet *Doctiſſimus Suarez loc. cit. n.* 11. vt cum pactum habent expreſſum huiuſmodi Magi, addi etiam ſolet expreſſa Idolatria per ſacrificium, aut aliu m ſimilem cultum dęmoni exhibitum; immò in hereſim frequenter incidunt, qui hoc modo dęmoni mancipan-

cipan-

cipantur; vel non credunt ipsum esse Deo subiectum, & ab ipso in suis operibus pendere, vel non credunt illum esse damnatum: vel certè nihil firmiter credunt, & tamquam Athei sunt. sępè etiam directam Apostasiam committunt á Religione Christiana, nam Christo renuntiant, & eius Sacramentis, & in hoc sensu videtur etiam loqui Repertorium *Inquisit. loc. cit.* dicens: *Sed dæmones inuocantes, & eisdem sacrificantes magiã artẽ in hoc superstantes, & exercentes, sunt vt hæretici ab Ecclesia Dei habẽdi, & vitandi.*

5 Vt autem melius cognoscantur effectus, qui à Magis fiunt, sint nè à dęmone, aut eius virtute effecti? necessarium est, vt docet Suarez *dicto lib. 2. de superstitione cap. 21. num. 2.* de potestate demonis ad operandum circa homines, & has res sublunares aliqua præcognoscere, & animaduertere. De hac re copiosè agit *Delrius, disquisit. Magicar. lib. 2. à qu. 17. vsque ad 23. Suarez loc. cit. Castrus Palaus loc. cit. disp. 1. punct. 9. Filiuccius dicto tract. 24. c. 7 qu. 6 7. & 8. à n. 171.* ex quibus pauca colligere fas est.



§. V.

§. V.

QVAENAM FACERE DÆMON, VEL NON facere queat, SECVNDVM EIVS VIRTVTEM.

CERTVM esse debet Maximam esse dęmonum potestatem ad nocendum hominibus si Deus id permittat: quandòquidem per peccatum non fuit eis naturalis potestas, in hęc inferiora operandi, sublata, nec diminuta, vt tradit *D. Thomas* ab omnibus receptus 1. *par. quęst.* 64. *art.* 4. Omnia autem eiusmodi opera, quę fieri solent, circà tria versari possunt, videlicet circà elementa, circa hominum corpora, circà eorumdem animas.

1 Primó ergò possunt dęmones verè, & nō tā tum apparenter efficere aliquos effectus, qui per celerem motum localem, & applicationem elemen-

mentorum naturaliter agentium, & patientium consurgere possunt, vt sunt ranæ, mures, muscę, & similia, vt Theologi docent, *in 2. dist. 7. & D. Thomas apud Suarium lib. 2. de superstitione. c. 16.* Habent etiam Dęmones potestatem circà eadem elementa, possunt enim de vno in alium locum trans ferre niues, ventos, pluuias, grandines, & Tonitrua. Itęm possunt tempestates alibi exortas huc, vel illuc impellere, sistere, & mitigare; Item valent efficere Inundationes, terręmotus, ruinas ędificiorum, Incendia causare, segetes conuellere, & de vno in alium locum in ictu oculi transplantare, atquè transferre arbores, & pomeria integra. *Filliucius tract. 24. c. 7. n. 171. Castrus Palaus tract. 17. disp. 1. punct. 9. n. 2.* Item à fortiori possunt aurum terrę absconditum, vel mari inclusum extrahere; tamen si rarò Deus id permittat, ne hac occasione homines ad sui obsequium pertrahat. Vnde fere Magi omnes pauperes sunt abiecti, & viles.

2 Secundò habent dæmones potestatem circà humana corpora, vt ea possint varijs morbis afficere, applicando aliqua nociua, quibus humana industria occurri non possit, vt instillando venena ignora, eaquè ita temperare, vt lentè operentur, & impedire vim medicamentorum; atquè inferendo in stomachum villos pilorum, clauos, fragmenta vitrorum, & alia huiusmodi, quæ sæpè in maleficiatis cernuntur. Item possunt impedire læsiones omnes, quæ ex igne, gladio, alijsquè instrumentis irrogari homini possūt

vel

vel ſe interponendo, vel impetum infringendo, vel media contraria applicando, vel impediendo ſanguinem è uenis effluere, &c, *Filliucius loc. cit. Caſtrus Palaus loc. item cit.*

4 Tertiò Dæmones nequeunt quantitatem corporum ſic mutare, vt penetratio partium indè ſequatur, nec valent vnum corpus in duobus locis diſiunctis, vel duo corpora in vno, & eodẽ loco penetratiuè collocare. Prima pars huius aſſertionis certa eſt ex vera philoſophia: ideò nequit dęmon ſic mutare corporis quantitatem, vt homo inſtar Catti, aut muſtellę per tenuem rimam in cubiculum irrepat; multo minus, vt per Ianuas clauſas ingrediatur: ſolum poteſt dæmon latenter præcedens, Ianuas aperire, vt Sagæ ingrediãtur. *Delrius lib. 2. Diſquiſit. Magicarum. qu*, 17. Secunda pars etiam patet, quia nequé ipſe dæmon poteſt loca diſtantia ab inuicẽ, non occupato medio, ſimul implere, multominus ergò poterit ibi corpus vnum ſtatuere, ſed ſoli Deo hoc ſeruatum. Et ſi contrarium aliquandò viſumſit, illuſiones, & pręſtygia dæmonum fuerunt. *Delrius loc. cit.*

4 Hinc ſequitur nec poſſe dęmonem quantitatem hominis ſic mutare, & comprimere, vt corpus quantum, & coloratum reddatur inuiſibile illis, coram quibus exiſtit. Oculis eorum ſanis, & non præſtygiatis, quamùis fieri queat, vt illud inuiſibile reddatur per accidens, corpore aliquo intermedio oppoſito, vel tranſportando in partem longinquam *Delrius loc. cit. Filliucius, & Caſtrus Palaus loc. item cit.*

5 Ne-

5 Nequeunt item dęmones, & Magi corpora ex vna in aliam speciem transformare verè, & intrinsecè; possunt tamèn corpora transformare extrinsecè, mutando figuram, quæ transformatio delusoria est, multi tamèn comitantes effectus sunt verissimi. V. G. Strages hominibus, vel pecoribus illatæ per dæmonem in corpore aereo, aut lupino, siuè per homines lupina tectos effigie: potest enim fieri, vt ex humorum vitio, & atræbilis excessu effectus quidam lupini mentem occupent. *Delrius lib. 2. cit. qu.* 18. vel ut ait. *Filiucius loc. cit. punct.* 173. in hac trasformatione extrinseca possunt dæmones figuram mutare circumponendo aliam ex vaporibus, & sic homines aliqui ope dęmonum in lupos conuertuntur, vel substituendo bestiam veram lupi, homine repente sublato, plura vide apud *Delrium à qu.* 17. *vsque ad* 23.

6 Non repugnat item, ope dęmonum senem iuuenescere, virtutibus naturalibus à dęmonibus applicatis, per quas humidum radicale restauretur, natiua illa nimia senectutis ariditas temperetur, capillorum color mutetur &c. *Delrius dicto lib.* 2. *qu.* 32. *Vbi affert hac de re exempla, & experimenta.*

7 Possunt itèm dæmones efficere, vt Virgo mente, & corpore permanēs, non tamèn absquè uirili semine, concipiat; quià potest Virgini dormienti, & ignaræ, aliundè sumptum verum, & fecundum semen, sinè congressu carnali claustris Virginitatis incorruptis, infundere. Ita *Delrius lib.* 2. *cit. qu.* 16.

8 Quar-

8 Quartò circa animas, corporibus coniunctas omnia possunt dæmones, quæ pendent ex dispositione corporis, & phantasia, vt excitare ad odium, ad amorem, ad libidinem, aliasquè similes affectiones, possunt itèm inferiores dæmones alligare, comprimere, coercere, in corpora humana introducere, introducta expellere, ac deniquè possunt se voluntati Magorum subijcere in huiusmodi effectibus. Circà animas separatas communis est sententia, nihil posse; nequè enim possunt eas de loco ad locum transferre, vt dictum est in paragraso de Necromantia. *Filliucius. Castrus Palaus loc. cit.*

§. VI.

DE

MAGIA CABALISTICA.

1 AD Genus Magicæ Obseruantiæ reduci potest *Magia Cabalistica*, à *Cabala* dicta *hæbrea voce*, quę idem sonat, quod latinè *recipio*, eo quod Philosophi quidam hebræorum affirmant scientiam esse, quæ Moysi primum à Deo in monte Syna tradita est: deindè nõ scripto,

to, sed oretenus à prioribus per quamdam veluti manuum traditionem, & receptionem posteris tradita, adhuc conseruata est.

2 Hæc verò Magia Cabalistica, aiunt, quod complectitur vniuersam philosophiam diuinam & humanam, nec non, & naturalem, omniumquè rerum doctrinam mysticè, & symbolicè, continet: sed differt ab alijs disciplinis hæc ars, quià tota in numeris, figuris, & symbolis consistit, ita vt in ea singulæ litteræ, figuræ, nomina, elementa, apices lineę, puncta, accentus; ac spiritus profundissimam quamdam, & abditissimam ingentium rerum significatricem doctrinam habent. Hinc est quòd, qui hanc Magiam benè nouerit, eum omnia valere, omniaquè scire, pręscire, naturæ imperare, cunctasque res ei obedire contendunt, & hac Magia somniant, Moysē prodigia illa in Ægypto, & in deserto perpetrasse. Nec non Iosue, Elias, Elyseus, Isaias, Daniel, & Samuel tot, tantaquè opera mirifica fecerunt.

3 Deniquè Cabalisticæ artis sectatores autumant ad hanc disciplinam plus linguam hebręā prodesse, quam aliam; quia fuit omnium prima: quare nomina, quæ Adam imposuit cunctis rebus, secūdum earum proprietates, fuisse hebraica, quibus rerum omnium substantiæ, qualitates, & proprietates exprimebantur, quàmòbrem appellanti his nominibus res naturales, asserunt; quod confestim res omnes se illi subijciunt, & eius obsequio se totas tradunt, & famulantur, ad omne bonum prestandum, etiam ad sanitatem restituen-

tuendã. *Ita Pererius de Magia cap.* 10. q ait in præsenti huius superstitiose, & Magice artis reliquias remansisse in Exorcistis, & incantatoribus. Agunt etiam de hac Magia *Torreblanca lib.* 1. *de Magia capit.* 13. *& Delrius lib.* 1. *capit.* 4. *quæstion.* 3.

4 Sed quam vana, & superstitiosa hęc Cabalisticarum obseruantia sit, ex eo patet; quià incredibile, & ridiculum videtur Solem, Lunam cœtera Astra, ac Elementa; cum ratione careant, diuinam illam vim, quę latet in vocibus hebraicis sentire, eaquè sic affici, & cogi, vt homini pro eius arbitrio pareant.

5 Probatur etiam ratione; quia verba nullam vim nequè artificialem, neque naturalem, nequè supernaturalem habent ad huiusmodi effectus prestandos; deuiartificiali nemo vnquam vel suspicatus fuit. Si foret supernaturalis; gratię, aut Miraculi esset: hoc autem nequaquam dici potest; quia Deus nihil tale promisit, nec Ecclesię reuelauit; quale Magi iactant, nec iuuat Deus Magicas Incantationes. Si supernaturalis ista vis non est: erit prodigiosa, vel naturalis. Si prodigiosa igitur non fit Ministerio bonorum Angelorum, quià hi se non immiscent Magicis operationibus; ergò Ministerio malorum Angelorum fit. Deniquè nullam vim naturalem verba hęc habent: quià verba si scripta sunt; quid Mortuum sunt, ore verò prolata verba vim tantum habent contactu aerem feriendi, vt animalium, reliquorumquè in animatorum soni, remanet igitur, quod hęc ars est superstitiosa pertinens

nens ad pactum, & fœdus cum dęmone. Ita Delrius loc. cit. vers. vt authoritate.

§. VII. DE

MALEFICIO.

1 QVoniam Magia, quę alteri nociua est, *Maleficium* appellatur, ideò *Maleficium est vis, ac potestas nocendi alijs ex pacto expresso, vel tacito cum dęmone*; Diuidi autem potest etiam Maleficium in duas alias species, Prima dicitur Maleficium amatorium, quo scilicet Malefici ad flectendos hominum animos ad carnalem amorem vtuntur. Secunda est Veneficium, quo videlicet Malefici vtuntur ad nocendum alijs, siuè in propria eorum persona occidendo, vel immittendo ęgritudines, dolores, sterilitatem, & similia; siuè in eorum rebus, destruendo vineas, occidendo animalia, &c. Huc etiam pertinet excitatio tempestatum, grandinum, ventorum, quibus Malefici damna prędijs, & domibus inferunt.

2 Huiusmodi autem effectus *M*alefici per se ipsos non faciunt, aut potestate eis inhęrente, sed dęmones id agunt, qui dum Malefici, ex pacto inito, vocem quamdam edunt, aut figmenta operantur, ipsi efficiunt verè ea damna hominibus, vel rebus ipsorum, Deo id permittente; Exempli gratia: Quandò Malefici faciunt aliquas Imagines cereas, vel ex alia materia, & alijs no-

cent pungentes membra acubus, vel paulatim liquèfacientes ad ignem; tunc dęmones ipsi nocent personis, pungunt eorum membra, & paulatim consumunt. Cœtera sunt communia Magis, & Maleficis.

3 Nequaquàm licèt Maleficium alio Maleficio dissoluere, ac proindè nec lictium est à Malefico quantùmcumquè parato postulare, vt maleficia maleficijs soluat; qui enim sic peteret à Malefico maleficij dissolutionem, à Dęmone peteret, cum ipse non nisi mediante dęmone, sic operari posset. Sed numquam licet à dęmone Maleficij dissolutionem petere, quia eo ipso protestaret aliquis eius auxilio indigere; ergo neque à Malefico licèt expostulare. Ita *Delrius lib. 6. disquisit. Magicarum c. 2. sect. 1. quæst. 2. dicto 3. Nauarrus in Summa, c. 11. n. 29. Sanchez lib. 2. Decalogi c.* 41. *n.* 5. *Lessius lib. 2. cap.* 44. *dub. 6. n.* 35 *Suarez lib. 2. de Superstitione, c.* 18. *n.* 3 *Filliucius tract.* 24. *c.* 8. *n.* 190. *Castrus Palaus tract.* 17. *disp.* 1. *punct.* 12. *n.* 1.

4 Nequè licitum est Iudicibus cogere maleficos vi, & pœnis, vel publicis, authoritate Iustitię, vel priuatis à quolibet particulari homine inflictis, vt maleficia maleficijs tollant. Ita *Sanchez lib. 7. de Matrimonio disp. 95. n. 9. Suarez tom. p. de Religione, lib. 2. de Superstione c.* 18. *n.* 7. *Fagundez lib.* 1. *in* 1. *praceptum Decalogi, c.* 42. *n.* 7. alios referens. Ratio est, quià minę, & pœnę non possunt separare malitiam intrinsecam ab eo actu; quandòquidèm intrìnsecè malum est, quòd Malefici opem dęmonis postulent, il-

illumquè ad Maleficia tollenda inuocent.

5 Licitum tamen est petere à Malefico, qui etiam scit media licita, quibus maleficium dissoluat, dissolutionem Maleficij absolutè. Et si quidem credat probabiliter petens, Maleficum medijs licitis, maleficium dissoluturum. Idem etiam dicendum, si petens dubius sit, an medio licito dissoluturus sit, an illicito; quia in tali dubio præsumendum est medio bono vsurum. Quod si certus moraliter sit, medijs illicitis maleficium dissoluendum, tamen si licitis possit soluere: quià vtraque media licita, & illicità optimè norit, etiam si aliqui negent, adhuc tamèn probabilius sustineri potest, licere absolutè dissolutionem maleficij petere. *Sic Sanchez lib.* 2. *operis moralis c.* 41. *n.* 13. *ex Lessio lib.* 2. *de Iustitia c.* 44. *dub.* 6. *n.* 46. *Suarez lib.* 2. *de superstitione c.* 18. *n.* 9. *Filliucius loc. cit. n.* 192. *Castrus Paluus tract.* 17. *disp.* 1. *punct.* 12. *n.* 4. *Fagundez loc. cit. c.* 42. *n.* 12.

6 Preterea licitū, est tū maleficio tū, cuicunque alio destruere Maleficij signū ad obtinēdā sanitatē, siuè vnicū sit pactū nocendi, scilicet tali signo posito; siuè duplex, vnum quidem nocendi, tali signo posito; alterum cessandi, cessante tali signo. Sic communior Recensiorum opinio. *Lessius citatus*, qui fusè id probat, *Suarez loc. cit. c.* 17. *à n.* 9. *Sanchez dict. c.* 41. *n.* 19. *Filliucius loc. cit. n.* 194. *Castrus Falaus loc. cit. punct.* 11. *n.* 8. Et ratio est, quià nec pactum propterea, nec amicitia cum dęmone confirmatur, nec vllus adhibetur illi honor; quin potius soluitur

pactum, & receditur ab eius amicitia. Vnum supponendum est, quod destruens signum, debet habere intentionem destruendi pactum initum, non autem seruandi, vel confirmandi. *Castrus Palaus loc. cit.*

7 Quod si queras, quo pacto malefici sint de heresi suspecti, an de Vehementi, vel de leui?

Respondeo quod quando in Maleficijs expressè demon inuocatur, sicut in omnibus sortilegijs hereticalibus, regulariter loquendo parere solent vehementem heresis suspicionem. Ita *Alphonsus de Castro de Iusta hæreticorum punitione lib.* 1. *c.* 15. *circa finem, vers. vt autem hoc apertius. fol. mihi* 50. vbi quod adhibere res sacras in sortilegijs apertam, & violentam præbet heresis suspicionem; quià nullus illas res ad maleficia adhiberet, nisi crederet illa ad similia opera exercenda aliquam vim habere; talis autèm credulitas apertè est heresis. *Pegna ad Directorium Inquisit. p.* 2. *com.* 67. *vers. Item illa sortilegia, Genuensis. c.* 18. *n.* 11. *versu admiscentes Sacramenta* Quo ad Maleficia verò, & sortilegia non hereticalia, talia committentes de leui sunt suspecti de heresi. Ita Doctores suprà citati, *& Zanardus in summa Diuinorum praeceptorum. tom.* 2. *c.* 134. *versu. de leui verò habebuntur suspecti, rubri. de abiuratione de leui, & de vehementi. Carena tit.* 12. *§.* 18. *n.* 85.

§. VIII.

§. VIII. DE PHILTRIS, ET POCVLIS AMAtorijs.

1 POcula amatoria illicita esse, certum est omninò, quià arte dęmonis sunt inuenta; & licèt demus herbas, quibus in illis conficiendis vtuntur Sagę, & Maleficę, naturalem habere virtutem ad alterandos humores, & conciliandum amorem; tamen hę proprietates, & virtutes ope dęmonis fuerunt inuentę, & patèfactæ. *Fagundez lib.* 1. *in* 1. *pręceptum Decalogi, cap.* 41. *n.* 19.

2 Sed si quęras, an pocula amatoria reuerà vim habeant, vt homines inuitos etiam alliceant ad odium, vel amorem? Respondeo cum *Filliucio tract.* 24. *c.* 8. *n.* 184. quod dęmones non possunt cogere vllius voluntatem ad amandum, vel odio habendum, sed tantùm modo obiectiuè incitant, commouendo phantasmata, & hominis Imaginationem incitant ad sensualitatem; & licet in nonnullis herbis, & lapidibus insit vis incendendi homines ad amorem, & concupiscentiam; non tamen est in ijs vis ex sua natura excitans hominem ad amandum, vel odio habendum illum certum, & determinatum; nulla enim ap-

paret connexio inter hunc effectum, & illam causam: sic ergò philtrum, seu poculum amatorium tantùm potest generaliter incendere ad amorem. Deinde dæmon hominem iam inflammatum ad amorem commouet, immittendo imagines huius, vel illius personę, & sic allicitur illius animus ad personam determinatam. *Filliucius loc. cit. n.* 185.

3 Quandò autem pocula amatoria propinantes manifestam hęresim suspicionem incurrant, colligi debet, tum ex modo, quo dæmon inuocatur, tum ex ijs, quę tali inuocationi, & poculis, seu philtris coniunguntur. Sic *Simanchas de catholicis Institutionibus tit.*30. *n.* 16.

Et si Malefici crederent his philtris cogi posse liberum arbitrium verè, vt heretici sunt censendi. *Alphonsus de Castro. lib.* 1. *de iusta hereticorum punitione. c.*15.

4 Philtra, & Inuocationes dæmonum ad tentandam pudicitiam alicuius, licèt non dicantur hæreticalia; tamèn huiusmodi malefici, & Inuocantes sunt vehementèr de hæresi suspecti; & prætereà contrà eos Inquisitores procedere poterunt. *Simanchas de catholicis institutionibus tit.* 31. *rubrica de diuinatione, & reuelatione. n.* 13. *Menochius de præsump. lib.*5. *præs.* 7. *n.* 2. vbi dixit, hos inuocantes demones ad tentandam pudicitiam, esse de hæresi vehementer suspectos, aliosquè in idem concordantes Doctores refert. Quæ omnia intelligenda sunt procedere, vt benè aduertit *Farinacius de hæresi, qu.*181. *§.*3. *n.*81. quando vt prefertur in Phil-

tro

tro ad tentandã pudicitiam fabricato, inuocatur demon, aut aliquid fim ile fit, quod heresim sapit, aut aliquam heresis suspicionem inducit: Secus si aliter, prout quandòquè faciunt leues,& stultę mulierculę, quæ credunt hominum amorem prouocare cum quibusdam insipidis actionibus, aut verbis, non tamèn hereticalibus, aut heresim sapientibus *Farinacius loc. cit.*

5 An verò Philtra,seu pocula amatoria,quãdò demon in ijs inuocatur per modum imperij, sint hæreticalia? Negant aliqui. *Pegna in Com.ad* 2.*p.Directorij.qu.* 43 *sub littera N, versu q dedit pocula.Petrus Bisfel de malefic. & mathe, qu.*2.& alij apud *Farinaciũ dicta qu:n.*87. Et. ratio istorũ est,quià tũc postulatur Demonis auxilium ad tentandum, quod est ipsius proprium.

6 Sed tamèn hanc distinctionem de Inuocatione demonis per verba imperatiua, & non deprecatiua alij non admitttunt. Sic *Farinacius . n.* 88. *Bartholomęus Spina Apolog.* 4. *Simanchas de catholicis Institut. tit.* 30. *rubr: de hæresi.n.* 17. *ex D. Aug per eum allegat. lib.* 10. *de Ciuit. c.* 11. *Diana.* 4 *p. tract.* 7. *resolut* 50 *vers. his tamèn non obstantibus*, alios etiam referens, Qui omnes asserunt, poculum amatorium cum inuocatione demonis, etiam per modum imperij, seu per verba imperatiua ad tentandam mulieris pudicitiam, sapere etiam heresim; & ratio est, quia ridiculum est dicere, quod demones inuocetur per modum Imperij, ex quo *non est potestas aliqua super terram, qua*

comparetur ei Iob. 4. dęmonesquè, vt fatuos irrideant, atquè decipiant, fingunt se cogi, atque timere, vnde in his philtris pręsumendum est pactum expressum interuenire, per quod hereticale maleficium censendum est, & si non ratione operis, saltem ratione operantis.

§. IX. DE LAMIIS, ET STRIGIBVS.

1 INter Maleficos, & Maleficantes farię quędam mulierculę inueniũtur, quę varijs nominib⁹ apellantur, nunc *Magiæ*, nunc *Lamiæ*, quandòque *Striges, Maleficæ, Veneficæ, Sagæ* nominantur, Hyspanicę *Bruxas*, & nostro vulgari vocabulo, *Donne di fuora*; *Striges*, siue *Strigon* denominationem sumpserunt ab animali huius nominis; est enim Auis nocturna à sono vocis sic dicta; nam quandò volat stridet, & Infantium corpora inuadit noctu, suffocat, & illorum sanguinem exugit; Vnde, quia huiusmodi nefarię mulieres noctu versantur, & in veneficijs suis clamant, & Infantium sanguinem sugunt; inde Sriges appellantur. *Albertinus de agnoscendis catholicis assertionibus quæstio.* 24. *num.* 2. *Fagundez lib.* 1. *in.* 1. *pręceptum Decalogi. capit.* 41 *num.* 4.

La-

Lamiæ quãdòq etiã dicũtur ab animali sic dicto, & dicitur Lamia quasi La*nia* à laniando pueros, quia puerulos iugulat, rapit, perdit, & illorum sanguinem exugit; & quia hę nefarię Mulieres, de quibus hìc agimus noctu dicuntur domos ingredi, puerosquè occidere, ideò Lamię appellantur. *Albertinus loc. cit.*

Sagę verò à *Sagacitate*, siuè vt ait *Cicero lib. 2. de diuiuatione* à sagiendo vocitantur; propterea quod multa scire velint, & ob id se dęmonum artibus immiscent. *Fagundez loc. cit. n. 2.*

2 Professio autèm harum Strigiarum secundum *Malleum Maleficarum in 2. p. c. 2.* duplex est, altera Solemnis; Priuata altera, quę seorsim dęmoni, quacumque hora fieri potest. Solemnis autem hoc ferè modo fieri solet: Maleficę enim incertam quamdam congregationem, stàtuto die proficiscuntur, & dęmonem in assumpta hominis effigię vident, qui dum super seruanda sibi fidelitate, eas cum temporalium prosperitate, & longitudine vitę hortatur, alię mulieres maleficę, quę adsunt, illam nouitiam sibi commendant, & si demon viderit illam nouitiam contentam esse fidem catholicam, & Cultum diuinum, Beatissimamque Virginem Mariam, ac Sacramenta Ecclesię abnegare, tunc ipse cacadęmon manum extendit, & versa vice, illa nouitia, stipulata manu, seruare illa nefaria promittit, & indè Homagium petit, quod continet, vt in anima, & corpore illi ęternaliter adereat, & totis viribus, alios quoscumque vtriusque sexus sibi associare velit hortatur. Vide *Al-ber-*

bertium loc. cit. n. 3.

3 Hinc est, quod *Bernardus Comensis tractatu de Strigibus n.* 12. ait, quòd huiusmodi Striges veraciter sunt hereticæ, & *I*dolatræ, ac Apostatæ quomodocumquè dicatur, seù quòd realiter vadant ad ludum, seù quod tantùmmodò in somnijs, aut phantasticis illusionibus, quod verissimum est, quandò faciunt supradictam professionem; Sic etiam *Vmbertus Locatus in Iudic. Inquisit. verbo, Lamię*, dixit; quòd Lamiæ, seu Striges, vt plurimum, Apostatæ sunt à fide Catholica, & quod coram Diabolo Christum abnegant, Ecclesiæ Sancta Sacramenta conculcant, sic etiam *Martinus Delrio lib.* 5. *sect.* 16. *versu; primo est Apostasia*, vbi intèr crimina, in quæ incidit Lamia, primo loco ponit Apostasiam à Deo, & professione Christiana. Sequitur *Sousa in Aphorismis Inquisit. lib.* 1. *ca.* 57. *n.* 16. *Farinacius de hæresi qu.* 181. *n.* 33. Vbi ait quòd hæc Maleficia Strigiarum Idolatriam sapiunt, & *n.* 46. asserit, quod Lamiæ saltèm sunt vehementèr suspectæ de hæresi.

4 Coniecturæ harum Sagarum, seu præsumptiones sunt, aut fascinationes puerorum, vel maleficia causantia infirmitates, aùt alia nocumenta circá homines, & etiam circà terræ fructus; nec non circà animalia diuersorum generum; vel etiam circà medicationes, & curationes talium Infirmitatum, & nocumentorum; quæ omnia fiunt virtute dæmonis, aùt ipso cooperante. *Bernardus Comensis loc. cit. num.* 14. vbi etiam aduertit quòd quandò Sagæ infirmitates

tates

tates causatas à Maleficijs curant, & infirmos sanant, ope dæmonis id faciunt, quia talia curant prius demonem inuocando, & consulendo; vndè communiter taliter medicantes nolunt subitò remedium præstare, sed aliquo tem poris spatio expectato, vt interim consilium Diaboli requirant.

5 Dubitari hìc solet an verè Lamiæ, seù striges à dæmonibus ad loca distantissima ferantur? Et respondeo cum *Suario lib. 2. de Superstitione. c. 16. n. 8.* quòd dubium esse non debet quin possit dæmon mulieres has verè, & realiter deferre in loca distanctissima breuissimo tempore; quià hic effectus non excedit virtutem naturalem dæmonum, vt constat, posse dæmones has fœminas verè introducere in domos vsquè ad interiores partes earum; & addit idem *Suarez n.* 24. quòd verè striges aliquaudò per aera differuntur ad loca distantia, & ibi cum alijs congregantur ex varijs, ac distanctissimis locis, multaquè turpia, ac Sacrilega in illis locis cum alijs similibus, & cum ipsis dæmonibus fortasse iu forma visibili, & humana, committunt; & est sententia communis Theologorum, & Iuristarum. Vide *Alphonsum de Castro lib. 1. de Iusta hæreticorum punitione c.* 16. vbi quosdam casus de hac re refert, & experimenta. sic etiam sentiunt S. *Bonauentura lib. 3. sent. dist.* 19. *Abulensis Matt. 4. quæst.* 47. & alij, quos laudat, & sequitur *Fagundez lib* 1. *in* 1. *præceptum Decalogi. c.* 41. *n.* 9. Vide etiam *Delrium lib. 2. Disquisitionum Magicarum quæst.* 16. *vers.* 2. *ergò opinio*, & in tota quest.

quæst. vbi ludos recenset, & crimina, quæ Sagæ in illis locis committunt, & quomodò vnguenti vnctione transferantur, & qua ratione ostendit.

6 Aduertit autèm Delrius modò cit. quòd hoc vnguentum est confectum ex varijs rebus insulsissimis, maximè ex pinguedine infantium ante baptismum necatorum, & quod posset absquè vnguenti vnctione eas dæmon transferre; sed hoc vult copiosum adhibere, vt quàm plurimos infantes interimant, opinantes sinè hac pinguedine se ad Conuentum deferri non posse. Inditio est quod prima vice, dicit sufficere vnguentum ab alijs acceptum, & commodatum: postea necessarium esse, vt sibi illud ex Infanticidio præparent.

7 Sed dubitari prætereà potest, an Lamiæ, & Striges, quæ Infantes occiderunt, trandende sint per Dominos Inquisitores Iudicibus sæcularibus propter homicidia, seu Infanticidia, ab ipsis perpetrata, etiam si verè resipiscant, & conuertãtur? Negatiue respõdet *Simãchas de Catholicis Institutionibus. tit. 37. n. 17. Albertinus de Agnoscendis catholicis assertionibus, quæst. 25. n. 66. Pegna in Comm. ad Ambrosium de Vignate qu. 12. de Strigibus, art. 2.* vbi affert sententiam *Petri Dusina, Diana 4. p. tract. 8. resolut.* 98. & Nouissime *Fagundez lib. 1. in 1. preceptum Decalogi c. 44. num.* 21. Probatur à Simãcha. Primò quia Inquisitores claudere gremmium Ecclesiæ nõ possunt nisi hereticis pertinacibus impenitẽtibus, aut relapsis. Secũdò quia nullibi in Iure id statuitur, &

ideò

ideò nullo modo ab Irregularitate excusari possent si Maleficas vere pœnitentes Curię Seculari relinquerent.

8 Sed prò affirmatiua sententia est *Delrius lib. 5. Disquisit. Magicarum, sect. 15. vers. Si Mors*; & nouissimè de Iure nouo. Ita decreuit *Gregorius. XV. in suo constitutione, quæ incipit Omnipotentis Dei Saluatoris nostri*, quam refert *Diana. 4. p. inter Bullas spectantes ad Tribunal S. Officij*, vbi summus Pontifex pręcipit, vt constito, quod Magus maleficijs vnam, seu plures personas ità lęserit, vt ex meleficio, vel Sortilegiò Mors secuta sit, etiam pro primo lapsu, Curię Seculari tradatur, debitis poenis puniendus; Qui verò maleficium, seu Sortilegium commiserit, exquò Infirmitas tantum, Diuortia, inpotentia generandi, siue animalibus, frugibus, vel alijs damnum notabile prouenerit, Muro claudi, siue perpetuis carceribus mãcipari debet. Verum in huiusmodi casibus constari debet de corpore delicti; vt docet *Albertinus de agnoscendis catholicis assertionibus, quest. 25. n. 24.* & vt aduertit *Carena. tit. 12. §. 19. n. 99.* Si constęt de Maleficio, & febre maligna subsequente, ac postmodùm de Morte, Mors febri vti causę proximiori tribuenda est, non remotiori, nisi euidenter constet febrem ęx Maleficio ortum habuisse, quod confirmat, ex varijs legibus, Iuribus, & Decisionibus Rotę.

9 Hìc deniquè animaduertendum est circã omnia maleficia, sortilegia, & diuinationes, quòd

quòd quamuis Domini Inquisitores de Iure nouo per Bullam *Sixti. V.* inquirant, & cognoscánt de Sortilegijs etiam non hæreticalibus, superstitionibus, & artem diuinandi exercentibus, profitentibus, docentibus, &c; tamen hoc ad illos non pertinet priuatiuè quo ad Episcopos; nam per hoc non fuit sublata facultas Ordinarijs locorum cognoscendi de huiusmodi causis, & illas decidendi, etiam sinè interuentu, Inquisitorũ, nisi Sortilegia, & Maleficia sapiant manifeste hęresim, quia in tali casu cognoscunt Domini Inquisitores, vocatis Episcopis, si verò hęresim non sapiant Maleficia cognoscunt Episcopi, pro vt faciebant antè Constitutionem illam *Sixti. V.* quoniam quamuis facultas cognoscendi de illis delictis committantur Inquisitoribus in dicta Constitutione; attamèn facultas Episcopis concessa de Iure cõmuni non est restricta. Ita *Ioa. Franciscus de Leone in thesauro Ecclesiast. p. 3. c. 36. rubr. de Sortilegijs. c. 22. & 23.* quem laudant & sequuntur *Diana. 4. p. tract. 8. resolut. 919. & s. Carena de modo procedendi in causis S. Officij. tit 12. §. 11. n. 57.* Et ita censuit *Sacra Generalis Congregatio Romana, & Vniuersalis Inquisitionis. sub. die. 21. Dec. anni.* 1602. & fundatur hoc ex communibus Doctorum traditionibus, quòd Iurisdictio alicui concessa, intelligitur cumulatiuè, non autem priuatiuè, vt notatur *in lege prima* Cod. *de officio prefect. Vrbis.* Latè *Menoch. de presump. lib. 2. presump.* 18.

DE

DE CONTEMPTORIBVS CENSVRARUM ECCLESIASTICARVM

CAP. XIX.

1 CENSVRAS Ecclesiasticas contemnunt *Vuicleph, Ioannes Hús,& Lutherus*: vnde ait Vuicleph excõmunicationem à Papa, aut quocumquè alio Prelato inflictam non esse timendam, quia est censura Antichistri, *Ioannes verò Hus* asserit Clerum suppeditare laicos per excõmunicationem, & alias censuras. *Lutherus* deniquè astruit excommunicationem, & alias censuras, non solùm non esse timendas, sed cum gaudio esse recipiendas, & procurandas: quamobrem contemptores censurarum sunt de heresi suspecti.

2 Animaduertẽdũ est aũt ꝙ duplex est cõtẽpt⁹ alter Negatiu⁹ Positiu⁹ alter. Negatiu⁹ contempt⁹ est, cum quis de re aliqua nullam curam habet, ei

ci tamen nullam infert iniuriam: Sic censuras comtemnere dicitur insordescens in eis. Positiuus autem contemptus est, cum quis censuris infert aliquem actum irreuerentiæ, & iniurię, vel verbis, vilificando eas, vel facto. *Siluester in summa verb. contemptus. n.* 1. Et in proposito nostro *Menochius de arbitrit. Iud. cen.* 5. *casu.* 416. *n.* 27.

3 Censuras positiuè contemnentes sunt de hæresi suspecti, & Inquisitorum Iudicio subduntur, sic *Marcus Antonius Columna*, relatus à *Pegna in* 3. *p. Direct. com.* 24. Et quòd debeat procedi contra nonnullos, qui deturpauerant Cedulones excõmunicationis, & lacerauerant, ratione contemptus cēsurarum, & clauium Ecclesiæ Refert ex *Genuensi*, *Carena de modo procedendi in causis San. Officij. tit.* 17. *n.* 5. Et ita de facto fuisse decisum Romæ in casu contingenti in Curia Archiepiscopali Salernitana, & obseruat etiam *Homo bonus in Consultat. Moralibus. p.* 4. *respons.* 16. *volum.* 1. *&* *Diana.* 4. *p. tract.* 8. *resolut.* 103. quòd contrà huiusmodi frāgentęs cedulones, possunt Domini Inquisitores procedere.

4 Eodem modo proceditur contrà illos, qui asserunt; *Che Scommunica? che scommunica? meglio esser scõmunicato, che communicato all' Infretta* Sic Carena, *&* *Illustriss. Dominus meus Dõ Didacus Garcia de Trasmera Apostolicus Inquisitor Regni Sicilię, in eruditissimo opere de Polygamia, lib.* 3. *quest.* 2. *n.* 55. *Folio. Mibi.* 226

Si-

5 Similiter refert *Carena*, quod in Cremonensi Inquisitione fuit punitus quidam homo pessimæ vitæ, qui dixit: *Anco li scommunicati Măgiano*; & quod non obstante censura, missã audierit. Vndè ex voto Congregationis illius Inquisitionis fuit habitus pro suspecto de Vehementi de hæresi, quo ad articulum Censurarum, & Clauium

6 Animaduertendum est etiam secundum *Geminianum in c dilecto. n.* 8. *de sententia excommunicationis in.* 6. quod quatuor modis dicitur positiuè Censura contemni. Primo cum excõmunicatus accumulat culpã culpæ. Secũdò cũ ex certa scienta intrat Ecclesiam, etiam cum officia diuina non persoluuntur, *c.* 1 *dist.* 21. *c Clericus* 24. *quest.* 3. *Tertiò* cum non intrat Ecclesiam, sed ad valuas audit officium, quod est contra iura. *c. quod in te de pœnitentia, & remissione. c. permittimus de sententia excommunicationis in.* 6. Quartò cum communiori Catholicorum quod potest euitare se ingerit *c. illud de Clerico excõmun. Minist.* quibus addi potest quintus modus, cum quis verbo vilipendit Censuras, vt supra.

7 Quoad contemptorem suspensionis a Diuinis habetur decisio Inquisitionis Murciæ, de qua eius Ciuitatis Inquisitor *Cantera cap.* 1. *de hæret. n* 60. *in fine*, vbi refert de quodam, qui fuit à Summo Pontifice, & Eminentissimis Cardinalibus suspensus, & quia hoc non obstante cũ magno populi scandalo visus fuit Murciæ in Sacris ordinibus administrare, ad Triremes fuit

damnatus. Ita *Doctissimus Carena in eruditissimo tractatu de officio S.Inquisitionis.p.2.tit.17. §.2.n.9 versu.& de contemptore.*

8 Negatiuè Censuras contemnens est, qui in excõmunicatione per annum insordescit, estquè de heresi suspectus, ideò de huiusmndi contemptore hoc loco est agendum.

DE INSORDESCENTE PER annum IN EXCOMMVNICATIONE. cap. XX.

1 INsordescentem in excommunicatione esse de heresi suspectum, & contra eum posse Inquisitores procedere, manifestum est *ex Concilio triden.sess.25.c. 3.de Reformatione*, vbi ait: *Sed si indurato animo, Censuris annexus in illis per annum insorduerit, etiam contrà eum, vti de heresi suspectum, procedi possit*. Ex quibus verbis

bis Concilij oritur difficultas inter Doctores, an huiusmodi suspicio de heresi oriatur, quandò insordescens in excommunicatione fuit excommunicatus ex causa heresis, an verò ex quacumque causa etiam ciuili.

2 Prima sententia est eorum, qui asserunt, quòd quilibet insordescens per annum in excõmunicatione est de heresi suspectus, etiam pro causa ciuili; & ratio desumitur ex verbis *Concilij Trident.* Asserit enim hoc pacto: *Ex cõmunicatus quicumque, si post legitimas monitiones &c. Indurato animo censuris annexus, in illis insorduerit &c* ergo Concilium comprehendit quemlibet excommnnicatum, tam ex causa ciuili, quam criminali. Pro hac sententia plures Doctores laudat, & sequitur *Castrus Palaus tom. 1. tract. 4. disp. 4. punct. 2. n.* 5 *Carena tit* 8. *§. 4. n. 16.* vndè *Campanili in diuersorio Iuris Canonici, rub.* 11. *c.* 15. *n.* 31. ait quòd insordescentes ex quacumque causa per Episcopos, seu Inquisitores, citari possunt, tamquam de fide leuiter suspecti; vt veniant responsuri de fide.

3 Et ratio est, quia contemptus, & contumaciȩ ratio inquocumq; excommunicato in excommunicatione perseuerante, eodem modo militat. Immo maior videtur in causa ciuili, & maior apparet clauium contemptus; cum hæc causa, vtpotè leuior minus illum retardare debeat ad comparendum coram Iudice, vti considerant *Salzedo ad Diaz in prat. criminal. can. c.* 11. 8. *n.* 12. *versu, primo quod non solum*; *Ricciullus de Iure personarum lib.* 4. *c.* 7. *n.* 18. *versu*

qui nimmò maior. Castrus Palaus loc. cit.

4 Altera sententia est eorum, qui aiunt insordescentem per annum in excommunicatione suspectum haberi de fi e, quãdò esset excõmunicatus ꝑ crimine hæresis; secus verò pro causa ciuili. Ita *Barbosa in collect. tom. 3. lib. 5. tit. 2. c. 6.* & alij, quos sequitur, & laudat *Diana p. 4. tract. 7. resolut.* 18.

5 Dicendum tamèn est de Iure certum esse, quemlibet insordescentem in excommunicatione esse de heresi suspectum. Nihilominus de consuetudine contrà Insordescentes in excommunicatione lata ob aliam causam, quam hæresis, Sanctum Officium Inquisitionis, non procedere, ita *Pegna ad Directorium inquisit. p. 2. com. 72. versu ex recepta. Scaccia de inditijs lib 1. c. 98. n. 36. Lelius Zecchius in summa p. 1 rubr. de fide, c. 11. de heresi. n. 13. Acunha de Confessarijs sollicitantibus, qu. 24. n. 65.* Sousa *in Aphoris. Inquisit lib. 1. c. 27. n. 8. Carena tit. 8. § 4. n. 18.*

6 Prima pars ptobatur rationibus primæ sententiæ supra adductis.

Secunda verò probatur ex eo, quod referunt relati Doctores pro nostra Concl. Quàmobrèm *Lazarius de Monitorijs, sect. 4. qu. 8. n 20. & 21.* asserit quòd *Eminentissimus Cardinalis Arigonius* litteras dedit *Vicario Episcopi Placentini de ord. Sanctæ Congregationis, sub die. 7. Settembris* 1606. quibus eidem Vicario mandauit, non esse procedendum sub nõmine Sancti Officij Inquisit. contrà aliquem ob insordescentiam, ex eo

quòd

quòd non paruit excommunicationi, & censuris Rotæ Romanæ, & similium, sed tantum super insordescentia proueniente ex inobedientia excommunicationis, & censurarum ab ipso Sancte Inquisitionis Officio impositarum. *Borg. decisio.* 33. *p.* 2. *n.* 61. *in fine*, vbi quòd ita Episcopo Ferrariensi fuit rescriptum de anno 1585. Et ita etiam S*acra Congregatio de anno* 1627. rescripsit Reuerendissimo Patri *I*nquisitori Cremonæ, vt testatur *Carena loc. cit.* Nè contra huiusmodi insordescentes procederet, nisi prius consulto supremo Vrbis Romanæ *I*nquisitionis Senatu, in omnibus casibus particularibus, & ita etiam asserit C*onsales in regula.* 8. *Cancellariæ, glossa*, 15. *n.* 106. decisum fuisse à *Romana Rota in vna Segobiensi insordescente.* 5. *Iunij*. 1598.



DE CONTEMPTORIBVS RITVVM, ET CÆREMONIARVM ECCLESIASTICARVM, AC PERSONARVM SAcrarum cap. XXI.

1 Ritus omnes Ecclesiasticos exterminare conantur *Vuicleph. vnde* damnat Catechismum, Cantum in Ecclesia, & alios huius generis Sacros ritus: hinc est quod ritus, & Ceremonias Sacras contemnens, ob huius heresis suspicionem, ab Inquisitoribus fidei punitur, sic etiam sentiendum est de contemptoribus Indulgentiarum, & Campanarum; Contemptus. n. & despectio Campanarum est Vnus de Turcarum erroribus; quamobrem testatur *Zerola in praxi Episcopali verbo casus in quibus versu Campanarũ*: quod hic casus sibi in facto accidit, dequodã, qui nocte Sabbati Sancti abstulit malleolos à quibusdam campanis, & illos appendit in arbore nucis, qui propterea post longam carcerationem abiurauit. Ita etiam *Riccius in praxi fori Ecclesiastici, tom. 1. resolut. 423. ver. Campanarum. Carena tit. 17. §. 2. n. 9. & Diana p. 4. tract. 8 resolut.* 103.

2 Eo-

2 Eodem modo refert *Carena loc. cit.* quod in Congregatione Sancti Officij Cremonæ fuit decisum, potuisse Sanctum Officium procedere contra quosdã religiosos, q Ioci causa induerunt quemdam fratrem Idiotam vestibus Pontificabilius, eius capiti mittam imponentes, & ei honorem vti Episcopo deferendo, atque eum imponendo super asinum, illeque sic sedens benedictionem per claustra monasterij dabat alijs fratribus vario modo eum irridentibus.

3 Itèm pari ratione puniri debet in Sãcto Officio à fidei Inquisitoribus, qui per Iocum confessiones alterius audit: quandoquidèm negari non potest, quin iste magnam inferat confessionis Sacramento Iniuriam, maximè stante heresi Lutheri, qui voluit laicum posse Sacramentum pœnitentiæ administrare, de quo videri potest *Ruffensis contrà Lutherum*, *art.* 13. Et ita in Inqnisitione Sancti Officij Cremonę obseruatum semper fuisse testatur *Doctus Carena eiusdem Inquisitionis Consultor, & Aduocatus Fiscalis, loc. citat. numero. 9. ver. eodem modo.*



DE COMEDENTIBVS CARNEM IN DIEBVS PROHIBITIS.

caput XXII.

1 CArnium abstinentiam, ciborum delectum, atque quadragesimale Ieiunium èmedio tollere nituntur *Caluinistæ*, *& Lutherani*, qui falso catholicam Ecclesiam tyrannadis insimulant; quasi ipsa impias leges conscientijs exitiales tulerit. *Lutherus ser. de Simulacris, & Delectu ciborum; item contra Ambrosium Catherinum*, delectum ciborum, & Ieiuniorum octauam faciem Antichristi appellant *Erasmus Epist. ad Episcopum Basiliensem Zuuinglius lib. de delectu, & libero ciborum vsu*. Et fuit etiam antiquorum hæreticorum Conatus ieiunia auferre; *Aeriani, teste Epiphanio de Aerianis* tempore Ieiuniorum omni genere carnium delicatissimè vescebantur. Et Manichei apud *Sanctum Augustinum lib.* 30. *c.* 3. *&* 4 *contra Faustum Manicheum*, quadragesimale Ieiunium, Vigilias, atque abstinentiam à cibis deridebant.

Concilium tamen Toletanum Octauum, c. 9. *tom.* 2. *pagina* 245. esum carnium prohibet quadragesimali tempore, *Concilium Salegustadiense, c.* 1. *tom.* 2. *pag.* 799. Et nouissimè definitum à Sa-

à Sacro Concilio Triden sess. 25. de Reformatione c. de delectu ciborum Ieiunij &c. Vide *Zacchariã Bouerium in demonstrationibus veræ, & falsę Religionis, lib 2. examine. 2. art. 24. errore.6.*

2 Hinc est quòd carnes comedentes in diebus prohibitis ab Ecclesia de heresi sunt suspecti, & contra illos procedunt Inquisitores hereticæ prauitatis; Etsi asseruut, vel credunt non esse peccatum, vt hære tici sunt puniendi; secùs verò si tantum ex gulositate, vel ad tuendam sanitatem, tamen de hæresi sunt suspecti. *Farinacius de hæresi quest. 178. n. 80. &. Pegna in Additionibus ad Eymericum in Directorio, p. 2. ad cap. 1. extra de hereticis fol mihi. 84.*

3 Quòmodò, aùtem carnes comedentes in diebus ab Ecclesia vetitis sint de heresi suspecti leuiter, vel vehementer, *Genuensis in praxi Archiepisc. Neapol. c. 18. n. 11. vers. comendentes carnes, Pegna in Directorio p. 2. com. 80, versu & ob hanc præsumptionem,* dicunt carnibus vescentem absque legitima licentia, & necessitate in diebus prohibitis, esse vehementer de heresi suspectum, licet hoc interdum ab Ingluuie, & voracitate prodire possit.

4 Sed tàmen *Dominus Carena tit. 15. §. 3. n 8.* limitat hoc, vt procedat, dummòdo vltra carentiam licentię, & defectum causæ, concurrant, quòd pluries carnes comederit, quòd reprehensus, vel dictam reprehensionem paruifecerit, vel verba illa hereticis familiari ad (*Quod intrat per os, non coinquinat animam*) impie protulerit; & quòd taliter comedens si male vitæ,

&

& parum bonæ famæ, vtpotè, quòd Ecclesiæ Sacramentis non vtatur, quòd Ecclesiam non frequentet &c. Aliàs hisce non concurrentibus, leuis tantùmmodò suspicio orietur, quod dedesumitur ex traditis per *Pegnam p.* 2. *Direc. comento.* 80. *vers. & ob hanc*, vbi ait, quòd vehemens suspicio hæresis oritur ex signis exterioribus operum, vel verborum, ex quibus capitur argumentum concludens frequenter, quòd qui talia facit est hereticus.

5 Non peccabit tàmen Catholicus transiens per loca Infidelium, vel hereticorum, vel ibi residens, die interdicto carnes comedens ob se occultandum, si cognita eius Religione catholica timere potest graue damnum illi obuenturum. Ita resoluunt *Sanchez lib.* 2. *Decalogi.c.* 4.*n.*25. *Azorius tom.* 1. *lib.* 7. *Institut. Moralium c.* 29. *qu.* 3. *in fine. Beccanus c.* 9. *qu.* 5. *dub.* 5. *Coninch.disp.* 15. *de fide dub.* 3. *concl.* 4.*n.*50. *Laiman.lib.*2. *tract.*1.*c.*11.*n.*5. *Castrus Palaus tom.* 1. *tract.* 4. *disp.* 1. *punct.* 18. *n* 9. *&* 10. *Sousa in Aphoris Inquisit. lib.* 1. *cap.* 18. *num.* 5.

Quod limitandum est, nisi ex tali comestione scandalum graue sequatur catholicis, credentibus à fide defecisse, vel etiam si authoritate publica, vel priuata, quis prouocetur carnes edere in contemptum catholicę Religionis. *Ita* DD. citati.

6 Non licebit item carnes comedere ad se occultandum vt supra, quandò illos cibos respuere potest absque periculo graui, allegando cau-

causam grauem extrà Religionem. E. G. debilitatẽ stomaci,quãdoquidẽ in tali casu causa adest legitima restrictione vtendi. *Ita Sanchez. loc. cit. n.* 24. *cum. Anzorio lib.* 8. *c.* 27 *quest.* 3.

7 *Item* rectè monet *Beccanus loc. cit.* si catholicus sit apud Lutheranos, à quibus plerumquè non graue periculum: sed solum irrisio aliqua timeri potest, si quis inter eos à carnibus abstineat, tali casu abstinendum esse, legemquè ecclesiasticam obseruandam

8 Dubitari hoc loco potest, an in esu carnium detur paruitas materię excusans à peccato, & consequenter à suspicione heresis? Et respondetur affirmatiue. sic *Sanchez loc. cit. c.* 8. *n.* 17. quem sequitur *Merolla tom.* 1. *disp.* 2. *c.* 4. *dub.* 7. *num.* 111. *Vrtadus de de Mendoza de fide, volum.* 1. *disp.* 83. *sect.* 3. 21. *Bonacina disp. vlt. de praceptis Ecclesię, quest.* 1. *punct.* 2. *n.* 2. *Diana p.* 5. *trac.* 5. *resolut.* 32. *Vnde ait Sanchez*: deducitur si quis motus hæresi interna, qua putat licere esum carnium diebus prohibitis,tantillum carnium tunc ederet, cuius quantitatis esus, ratione paruitatis materię, est venialis, non esset hereticus externus, ac proindè non incurreret in excommunicationẽ latam contrà hereticos externos; ratio est, quia ad hoc, vt heresis sit externa, & manifestata, requiritur inter alias conditiones, quas affert idem *Sanchez n.* 7. quod actus exterius sit de se malus, & moralis non per solam relationem ad actum internum, sed etiam secundum operis externi quantitatem.

DE

DE CELEBRANTIBVS, VEL SANCTISSIMAM Euchariſtiam SVMENTIBVS NON IEIVNIS

Cap. XXIII.

1 SAcro Sanctam Euchariſtiam ſumere nequaquā debent non ieiuni, niſi in caſu Infirmitatis, eſt enim traditio Apoſtolica Ieiunos ſumere debere ob reuerentiam tantę maeſtati debitam, colligitur ex *Concilio Conſtantienſi ſeſſ.* 13. vbi dicitur *Non nulli poſt Cænam, vel alias non ieiunos, temerariè communicandum eſſe aſſerunt contrà laudabilem Eccleſię conſuetudinem rationabiliter approbatam*. Hinc eſt: quòd hoc generale Conciliū declarat, decernit, & definit, cōtrà hūc errorē, ꝙ huiuſmodi Sacrament. conficiatur poſt cœnam; nec ſumatur à non ieiunis, niſi in caſu Infirmitatis, hęc ibi concilium,

lium; Vide *Seraphinum Caponium in appendice art. 8. quest. 80. 3. p. San. Th. & Suarium in 3. p. tom. 3. disp. 66. sect. 3.*

2 Constat etiam hec veritas ex *Cap. contulisti. cap. sufficit. de consecratioue cap. te referent.* vndè Euchariſtiam ſumens non ieiunus redditur ſuſpectus de hereſi; eo quod facto approbare videtur, hereſim recentiorum hereticorum; quandòquidem hoc fuit peruerſum Dogma, & Conſilium Lutheri aſſerentis: Euchariſtiam ſumere poſt ſumptum cibum conſultius eſt, vt videre eſt in *Lutheri libello de Abroganda Miſſa priuata:* prout refert *Chlitoueus lib. 2. de Officio Miſſæ contra Lutherum cap. 20. & Thomas Vualdenſis tom. 2. de Sacramentis c. 87.*

3 Hinc eſt, quòd Miſſam celebrans non ieiunus, vel plures abſquè legitima, & approbata cauſa, ab *Inquiſitoribus* fidei puniri poteſt, ob ſupradicte hereſis ſuſpicionem. Ita *Alphonſus de Leone de officio, & poteſtate Confeſſarij recollectione 22. & doctiſſimè Illuſtriſſimus Dominus Inquiſitor De Traſmiera de Polygamia lib. 3. qu. 2. n. 55. folio mihi 216.*

4 *Item* ſi quis Euchariſtie Sacramentum, quod ad refectionem ſpiritualem eſt inſtitutum, ad corporalem ſatietatem adhiberet, ex hoc facto ſuſpicionem hereſis, à Dominis *Inquiſitoribus* plectendam, exhiberet; ratio eſt, quia aliquid efficeret, quòd directè opponeretur primario fini huius venerabilis Sacramenti, vt doctè animaduertit *Illuſtriſſimus Dominus Traſmiera loc. cit. n. 28:* primarius enim finis huius Sacra-

cra-

cramenti est spiritualis nutritio, vt habetur *in Concil. Trid. sess.* 13. *c.* 2. his verbis: *Saluator noster sumi voluit Sacramentum hoc tamquam spiritualem animarum cibum, quo alantur, & confortentur viuentes vita illius &c.* Et per hoc damnatur heresis *Armenorum* dicentium, quòd cibus Eucharistiæ soli corpori saluti prodest. *Refert* Caponius *in appendice art.* 1. *quæst.* 79. 3. *p. San. Thom.*

5 Hinc est, quòd quidam *I*uuenis huius Regni *S*icilię, qui in Ciuitate Leocatę *D*ioecesis Agrigentinę ex Sacra Pixide omnes formas consecratas sumpserat, & manducauerat pro corporali cibo, relatus ad hoc Tribunal Sancti Officij; factum vt hereticale fuit qualificatum, & tamdem in publico actu fidei celebrato Panormi in *E*cclesia *S*ancti Dominici fratrum Pręedicatorum die 30. Nouembris. 1638. post abiurationem de leui, fuit damnatus ad fustigationem, & triennalem reclusionem in monasterio, vel loco huic Illustrissimo Tribunali benè viso.

6 Sed hìc dubitari potest, an Inquisitores possint punire sumentes in Communione Maiores, aut plures hostias, seu particulas. *Fernãdez de Hæredia in disp. Theologica de Sacramentis, tit. de Eucharistia, disp.* 2. *p.* 9. *dub vnico n.* 1. *Ioannes della Cruz in Direct. Conscient. p.* 2. *de Sacramento Eucharistiæ, qu.* 4. *conclusione* 2. *Diana* 4. *p. tract.* 8. *resolut.* 96. *Dominus Trasmiera loc. cit. n.* 28. Affirmatiuè respondent, & ratio est, quia huiusmodi communicantes, & sumentes plures hostias videntur refectionem

ani-

animę attendere penes quantitatem ſenſibilium accidentium, non penes ipſum Diuiniſſimum Sacramentum, & Chriſtum Dominum omnis ſatietatis fontem in quolibet minimo fragmento conſecratę hoſtię contentum, vt doctè animaduertit *Illuſtriſſimus Traſmiera*. Nec maiorem gratiam conferunt plures particulę, quam minimum ſenſibile fragmentum; nec etiam gratia confertur toto tempore, quo ſpecies ſunt in Stomacho, ſed in iſtanti, quandò Chriſtus poteſt dici aliquo modo iam in Stomacum receptus, vt docet *Coninch qu. 79. dub. 2. n 23. Filliucius tract. 4. c. 6. n. 174.* quamuis probabile ſit, quod quamdiù durant ſpecies in Stomaco, ſi creſcat diſpoſitio ex parte recipientis, augeri etiam Sacramentalem gratiam ex opere operato, vt docet *Suarez tom. 3. in 3. p. diſp. 63. ſect. 7.* Tamen probabilius eſt non augeri, niſi ex opere operantis, vt docet *Filliucius loc. citat. numer. 175.*



DE

DE SACERDOTE CELEBRANTE, ET NON CONSECRANTE, ET SVMENTE HOSTIAM NON CONSECRATAM.

CAP. XXIV.

1 SAcerdos si non consecret panem, & vinum in missę Sacrificio, eo quod sit in peccato mortali, & ideò habens ante se hostiam consecrandam, extrahit è Tabernaculo particulam consecratam, & verba consecrationis profert non super hostiam, quam eleuando populo ostendit: sed super eamdem particulam consecratam; contra hunc Sacerdotem possunt Domini Inquisitores procedere, & ita determinauit

uit *Congregatio Sancti. Officij Mediolanensis.* 30. *Aprilis.* 1627: vt docet, & testatur *Aloysius Bariolo in Aphoris. lib* 5: *versu Sacerdos.* §. 12. *apud Dianam* 4. *par. tract.* 7. *resolutione.* 12. *versu, notandum est tamen.*

Item *Pegna in Coment. ad Lucernam Inquisitorum, verb. Sacerdos,* de Sacerdote, qui oblitus portare hostiam, pro verecundia populi, scienter Sacrificauit Corpus Christi, hostiam scilicèt iam Consecratam, ex *Antonio Aug. Archiepiscopo Tarraconensi in pœnentiali Romano; capit. vltimo:* vbi quod Concilium Cardinalium plurium Episcoporum determinauit, vt abstineret omni tempore à conficiendo Corpore Domini.

2 Sed quid dicendum est de Sacerdote, qui oblitus consecrare hostiam exponendam. E. G. in orationibus quadraginta horarum, vel pro processione Corporis Domini, conficeret Corpus Christi, & hostiam consecraret sinè Missæ celebratione, an scilicèt talis Sacerdos tamquã de heresi suspectus subdatur iudicio Dominorum Inquisitorum? *Maiolus lib.* 3. *de Irregularitate cap.* 16. *n.* 4. ait, huiusmodi Sacerdotem fieri irregularem, quia cum tam apertè abutatur virtute Sacerdotali, indignus videtur omni potestate illi competenti.

3 Deindè videtur etiam de heresi suspectus, maximè quia heretici nostri temporis reijciunt Sacros Ritus, & presertim damnant Canonem Missę, quem erroribus refertum esse asserunt. Reijciunt preterea ceremonias, vestes, & externa signa, quibus in Missarum celebratione

M Ecc.

DE SACERDOTE CELEBRANTE, ET NON CONSECRANTE, ET SVMENTE HOSTIAM NON CONSECRATAM.

CAP. XXIV.

1 SAcerdos si non consecret panem, & vinum in missę Sacrificio, eo quod sit in peccato mortali, & ideò habens ante se hostiam consecrandam, extrahit è Tabernaculo particulam consecratam, & verba consecrationis profert non super hostiam, quam eleuando populo ostendit: sed super eamdem particulam consecratam; contra hunc Sacerdotem possunt Domini Inquisitores procedere, & ita determinauit

uit *Congregatio Sancti. Officij Mediolanne sis.* 30. *Aprilis.* 1627: vt docet, & testatur *Aloisius Bariolo in Aphoris. lib* 5: *versu Sacerdos.* §. 12. *apud Dianam* 4. *par. tract.* 7. *resolutione.* 12. *versu, notandum est tamèn.*

Item *Pegna in Coment. ad Lucernam Inquisitorum, verb. Sacerdos,* de Sacerdote, qui oblitus portare hostiam, pro verecundia populi, scienter Sacrificauit Corpus Christi, hostiam scilicèt iam Consecratam, ex *Antonio Aug. Archiepiscopo Tarraconensi in pœnentiali Romano; capit. vltimo:* vbi quod Concilium Cardinalium plurium Episcoporum determinauit, vt abstineret omni tempore à conficiendo Corpore Domini.

2 Sed quid dicendum est de Sacerdote, qui oblitus consecrare hostiam exponendam. E. G. in orationibus quadraginta horarum, vel pro processione Corporis Domini, conficeret Corpus Christi, & hostiam consecratet sinè Missæ celebratione, an scilicèt talis Sacerdos tamquã de heresi suspectus subdatur iudicio Dominorum Inquisitorum? *Maiolus lib.* 3. *de Irregularitate cap.* 16. *n.* 4. ait, huiusmodi Sacerdotem fieri irregularem, quià cum tam apertè abutatur virtute Sacerdotali, indignus videtur omni potestate illi competenti.

3 Deindè videtur etiam de heresi suspectus, maximè quia heretici nostri temporis reijciunt Sacros Ritus, & presertim damnant Canonem Missæ, quem erroribus refertum esse asserunt. Reijciunt preterea ceremonias, vestes, & externa signa, quibus in Missarum celebratione

M Ecc.

Ecclesia catholica vtitur, vnde *Concil. Trid. sess. 22. de Sacrificio Missæ Canone. 7.* Anathema dicit eis, qui ceremonias, vestes, & externa signa Missę reijciunt. Hinc est quòd qui sine Missę Celebratione hostiam consecraret, videtur facto approbare illum errorem. Pretereaper Sacros canones Sancitum est, ne hoc Venerabile Sacramentum Conficiatur absquè Missę Sacrificio, vt *In decretis de Consecratione distinctione 1.* Vide *Seraphinū capponiū à Porretta in Appēdice ad art. 3 quest. 83. 3 p. D. Th.* Ac proindè dicendum videtur huiusmodi reum subijci Iudicio Dominorum Inquisitorum tamquam de heresi suspectum.

4. Dubitari hic etiam potest, quid sentiendum est de Infirmo, qui petit, & sumit ex conscientia, & ne scandalum alijs faciat, hostiam nō consecratam, an videatur malè sentire de Sacramento Eucharistię? *Arnaldus Albertinus in rubr. de hereticis in 6. qu. 13. n. 66. & sequentibus*, affirmat hunc talem esse de heresi vehementer suspectum, nisi constet, se hostiam non consecratam sumpsisse ob Magnam reuerentiam, quam habet erga Sacrosanctam Eucharistiam. *Repertorium Inquisitorum in verb. Hæresis. §. 4. rubr. sapere heresim Manifestam sub versiculo primo*, vbi quod hoc non sapit heresim manifestè. *Simanchas cathol. Institut. tit. 30. rub. de heresi n. 19.* vbi sentire videtur hunc infirmum de heresi valdè suspectum esse, cum non sit credendum catholicum hominem decedere vmquam velle, nisi accepto prius illo Diuinissimò

Via-

Viatico. *Farinacius de heresi qu. 178. §. 2. n. 49. alios referens.*

DE CELEBRANTIBVS MISSAM, ET SACRAmentum PAENITENTIÆ ADMINISTRANtibus in Presbyteratus ordine non constitutis.

Cap. XXV.

1 QVi in Sacro Presbyteratus ordine nequaquam constituti temerario ausu Sacro-Sanctum missę Sacrificium audent celebrare, vel pœnitentię Sacramentum administrare, certum est, quòd sunt de heresi suspecti, & Iudicio Inquisitorum subijciuntur. committunt enim

crimen falsi in re grauissima, vsurpantes officium, & *I*urisdictionem à se prorsus alienam, sic *Bernardus Diaz pract. criminal. c.* 12. *n.* 3. & ibi. S*alsedo alios* referens. *Menochius de arbit. lib.* 2. *casu* 320. *n.* 13. & 14. *Castrus Palaus tract.* 4. *disp.* 8. *punct.* 16. §. 9. *n.* 1. Et patet etiam ex *Constitutionibus Pauli. IV. Greg. XIII.* S*ixti. V.* & *Clementis. VIII. relatis per Laertium in Bullario, tom.* 2. *pag.* 387. & *tom.* 3. *pag.* 128. Et ratio est, quià hoc enorme delictum committentes facto catholicam veritatem impugnant, vt dicit *in Bulla Gregorius XV.* hisce presertim temporibus, quibus hęretici temerè audent proferre etiam seculares eorum Sacramentorum Ministros esse; & refert etiam *Bellarminius controuers. fidei, tom.* 2. *controu. generali lib.* 1. *c.* 24. & 25. igitur non Sacerdos huiusmodi Sacramenta administrans erit de hæresi suspectus.

2 Sed qualiter hec crimina perpetrantes sint de hęresi suspecti, & in quo gradu suspicionis, de leui scilicet, an de vehementi? *Carena p.* 2. *tit.* 11. §. 1. *n.* 3. ex stilo *I*nquisitionis Italicæ, ac etiam vniuersalis Romanę Inquisitionis ait, hos reos esse suspectos de heresi de Vehementi; Sed in Hispanica Inquisitione huiusmodi rei habentur tantum de leui suspecti, *Sic Sousa in Aphoris. lib.* 1. *c.* 32. *n.* 14. *Castrus Palaus loc. cit. n.* 2. & ita etiam seruari in nostra Sicula Inquisitione refert *Diana p.* 4 *tract.* 7. *resolut.* 91. nisi exqualitate personæ, & circumstantię suspicio de vehementi orriretur, vt si rei essent de Prouincia infecta hæresi Lutheri.

Pœ-

3 Pœna hiscè Nefarijs criminibus debita ex supr. dictis Bullis Pontificijs est, vt qui illa perpetrauerint Curię Sæculari tamquam Ecclesię Misericordia indigni tradantur debitis pœnis plectendi, prius tamèn ritè degradentur ab ordinibus Ecclesiasticis, si quos habuerint.

4 Sed tamèn hęc pœna de traditione Curię Sęculari in Inquisitione Hispanica non est vsu recepta, vt refert *Sousa in Aphoris. Inquisit. loc. cit. n.* 12. *Castrus Palaus loc. cit. n.* 2. *& Diana p.* 4. *tract.* 7. *resolut.* 11. *&* 12. Attamèn obseruat *Sousa*. quòd prædicta pœna nunc imponenda precipitur à *Sanctissimo Domino nostro Vrbano*. *VIII*. non solùm per Bullam innouantem prędictas constitutiones Pontificias *die*. 23. *Martij*. 1628. Sed etiam *per Epistolam Eminentissimi Cardinalis Mellini ad Inquisitorem Generalem Lusitariæ*: 5. *die Martij*. 1621. Hoc Delictum autèm ait idem Sousa non est commissum Inquisitoribus priuatiuè, quo ad Episcopos, & locorum Ordinarios, sed cumulatiuè, vt patet ex *Bulla Clementis. VIII*. citata.

5 Animaduertendum est autèm circà pœnas impositas contrà non presbyteros celebrãtes eas incurrere, qui Missam incipit, quamuis verba Consecrationis non proferat. Quemadmodum in easdem non incidit non Sacerdos, qui vestibus Sacerdotalibus Induitur, celebrare intendens, si non celebrat. Ita *Sousa loc. cit. n.* 5. *&* 6. *Carena loc. cit.* §. 3. *num.* 15. *Diana loc. cit. resolutione* 12. *versu. Nota tamen.*

6 Sed circà munus Confessarij vsurpantes,

duæ controuertuntur difficultates. Prima est an Bullę Pontificię, & Constitutiones locum sibi vendicent in eo, qui non Sacerdos Confessionē audit quidem, sed absolutionem non impendit? In qua re duę sunt sententię.

Prima est *Sousę in Opusc. de sollicitantibus, tract. 2. c. 9. n. 3. 4. & 7. & in Aphoris. Inquisit. lib. 1. c. 33. n. 3. Freitas de Confessar. sollicitantibus quæst. 13. n. 36.* qui uolunt pręfatas Constitutiones locum habere in audiente Confessiones, etiam si non absoluat, sic etiam *Trimarchius de Confessario abutente Sacramento pœnitētiæ, disp. 7. sect. 2. n. 11.*

7 Secunda sententia, quę mihi probabilior videtur, est *Rodoriquez tom. 2. quęst. Regularium quæst. 28. art. art. 2. versu hæc Constitutio habetur. Rodorici à Cunha de Confessar. sollicit. quæst. 13. n. 14.* quem laudat, & sequitur *Sanctarellus de hæresi c. 42. dub. vnico. n. 5. versu, refert hanc Constitutionem. Barbos. c. 1. n 7. in fine de Clerico non ordinato ministrant. Ioan. Sanchez in Selectis disputat. disp. 11. n. 36. Dianæ. 4 p. tract. 7. resolut. 11. versu, sed difficultas oritur. Carenę. p. 2. tit. 11. §. 3. n. 14.* qui omnes asserunt Constitutiones Pontificias locum non habere in eo, qui cum Presbyter non sit, confessiones audit, nisi simul absoluat.

8 Colligitur hoc ex illis verbis *Gregorij XIII. in eius Bulla. Et Confessiones audire, & absolutionem impartiri,* erg. copulatiua, & copulatorum requirit concursum, secūdum vulgatas Iuris Regulas. Pręterea ex Constitutione

Cle-

Clementis VIII, in qua fit mentio de alia Constitutione *Pauli. IV.* & alia *Sixti* V. circà eamdem materiam, in qua sic habetur: *Dum scilicet iniquè sibi assumunt gradum Sacerdotalem, & authoritatem absoluendi à peccatis*, ergò absolutio etiam requiritur ad pœnas incurrendas.

9 Ratione etiam probari potest hęc sententia, quam affert *Carena*; quia ideo in dictis Constitutionibus Pontificijs illorum nefandorum criminum rei Inquisitorum Iudicio subijciuntur, quia facto catholicam veritatem impugnant, ingerendo se in admnistrationem Sacramentorum, cum Sacerdotes non sint: at qui non absoluit, nullum administrat, nec administrare intendit Sacramentum. Igitur talis non erit obnoxius pœnis dictarum Constitutionum Et confirmatur, quia huiusmodi Constitutiones sunt maxime pœnales; ergò potius sunt restringendę, quo ad fieri potest.

10 Verum existimo, quod licet non Sacerdos audiens Confessiones, & non absoluens, non subijciantur pœnis latis in Pontificijs Constitutionibus, tamen ex alio capite ab Inquisitoribus pœna extraordinaria puniri potest, & ab eis eius causa recognosci, ex iniuria, quam infert Confessionis Sacramento sic *Ioannes Sanchez loc. cit.* vndè obseruat *Carena tit.* 17. *§.* 2. *n.* 9. *versu eodem modo*, quòd in Sancto Officio puniri debent, qui per Iocū Confessiones alterius audiunt, & nos etiam superius diximus.

11 Sed contra nostram Sententiam arguit *Tri*

marchius loc.cit.n. 1. quia licet Pontifex in relata *Constitutione Gregorij XIII.* prius vtatur illis verbis; *Confessiones audire, ac absolutionem, impartiri*; tamen postea vtitur his verbis: *Confessiones audiunt*. Sed priora verba, quibus connectit Confessionem, & absolutionem, sunt in parte narratiua Bullę, posteriora verò sunt in parte decisiua; ergò hęc ostendunt intentionem, & voluntatem Summi Pontificis, non illa.

Respondeo tamen ex communi sententia *Doctorum* in Materia de legibus, quod ex proemio colligitur animus, & intentio legislatoris, & intellectus totius decreti, illudque limitatur, vt benè docet *Tiraquellus tract. cessante causa limitat.n.65. Alex.de Neuo. Consil.* 3. *n.* 3. *Hyppolit. Riminal. Consil.* 540. *n.* 78. *Molina lib.* 1. *de primogen. c.* 5. *n.* 3. 4. *&* 5. cum multis alijs, quos laudat, & sequitur *Sanchez lib.* 2. *de matrimonio disp.* 37. *n.* 3. *& Suarez lib. 6. de Legibus c.* 1. *n.* 11. *Bonacina disp.* 1. *de legibus qu.* 1. *punct.* 8. *n.* 21. sed in Narratiua supradictæ Bullę copulantur verba: *Confessiones audire, & absolutionem impartiri*; ergò ostendunt hanc esse intentionem, & voluntatem Summi *Pontificis*.

12 Ad rationem, qua vtitur idem *Trimarchius*, quod scilicet non Sacerdos audiens Confessiones, & non absoluens, facto catholicam veritatem impugnat, negatur, quia vt in nostra ratione diximus, quando absolutio non impenditur, nequaquam facto catholica veritas impugna-

gna-

gnatur; quandoquidem heretici, qui asserunt quemlibet hominem secularem esse huius Sacramenti ministrum, loquuntur de Confessione, & ab solutione.

13 Secunda difficultas est, an pœnę prædictarum Constitutionum extendantur ad illum, qui in Sacro Presbyteratus ordine constitutus, sine tamen actuali Iurisdictione fideliũ Confessiones audit, eosque à peccatis mortalibus, absoluit. Et respondendũ est negatiuè: quandoquidem constitutiones illę loquuntur expressè de ijs, qui Sacerdotali carathire minimè insigniti, pœnitentię Sacramentum administrare audent. Ita in terminis dictarum Constitutionum docet *Rodoriquez, quęst. Regularium. tom. 2. quæst. 28. art. 2 in fine, versu secundo est notandum. Rodericbus à Cunba de Confessarijs sollicitantibus, quæst. 13. n. 15. Sanctarellus de hæresi cap. 42. dub. vnico. n. 5. versu, quod antea. Bellectus disquisit. Cleric. p. 2. §. 30. n. 1. Sousa in Aphoris. Inquisit. lib. 1. c. 33. n. 6. Carena loc. cit, tit. 11. §. 3. n. 15. Diana 4. p. tract. 7. resolut. 11. versu: notandum est, Trimarcbius loc. cit. disp. 7. sect. 4 n. 26.* qui refert in praxi, quod *anno* 1635. Episcopus Sarzanensis, & non Inquisitor Dominij Reipublicę Genuensis cognouit causam cuiusdam Presbyteri, eo quod audierit fidelium Confessiones absque actuali Iurisdictione, & illum relegauit per Triennium in Regno Corsicę.

DE

DE RELIGIOSIS, VEL CLERICIS IN SACRIS CONSTITVTIS Matrimonium contrahentibus.

CAP. XXVI.

1 RELigiosus professus, vel Clericus in Sacris ordinibus constitutus contrahens Matrimonium, excõmunicatur in *Clementina vnica de consanguineis*, fitquè Irregularis ex Bigamia similitudinaria, si Matrimonium consummauerit, ex *cap. Decernimus dist.* 28. *Ita Sanchez lib.* 7. *de Matrimonio disp.* 48. Pręterea sic contrahens Matrimonium, malè videtur sentire de Sacramentis Ecclesię; estquè de heresi suspectus, suspicionemquè Lutheranę heresis pręebet. *Illustrissimus Dominus Trasmiera lib.* 3. *de Polygamia qu.* 22. *n.* 8. & sequentibus.

2 Ratio verò suspicionis heresis in Religioso, vel Clerico matrimonium contrahente, est quod

quòd hodiernis temporibus ab omnibus ferè hę reticis improbantur vota Religiosorum, falsò docentes, Monachis quibuscumque licitum esse, vxores ducere, etiam eas, quę Deo se perpetua virginitate deuouerunt. Ita *Simanchas de Catholicis Institutionibus tit.* 40. *rubr. de Matrimonio. n.* 10.

3 *Improbant autem castitatis votum Luthe rani, & Caluanistæ*: Lutherus etiam *in lib. de abroganda Missa priuata, Caluinus lib.* 4. *Institutionum. c.* 12. *§.* 23., *Magdeburgenses centur.* 11. *c.* 7. *col.* 389. *Melancthon in Confes. Augustana, art.* 23. *Pomeranus in lib. de Coniugio Episcopor. Kemnitius in* 3. *p. exam. concil. Trid.* Vide Boerium *lib.* 2. *demostrationum, verę, & falsæ Religionis, exam.* 2. *art.* 24. *errore.* 5. Vnde Lutherus, vt refert *Simanchas loc. ci.* publicas nuptias celebrauit cum *Catherina Trigouiæ*, Sic etiam *Carostaldius* Lutheri sectator, cum esset clericus, publicas nuptias celebrare non erubuit. Et, vt refert *Canisius tom.* 2. *lib.* 2. *de Beata Virgine c.* 13. *Franciscus* Lamberti, Ioannes OEcolampadius, Petrus Martyr, Bernardinus Ochinus, Ioannes Spangebergius, è Sacerdotibus, & Monachis Apostatę facti, Sacrum Cęlibatum, cui se perpetua Religione obstrinxerant, cum Sacrilegis Nuptijs commutarunt. Quamobrem facere opera mala ex genere suo, ab omnibus ferè hęreticis laudata, suspicionem heresis inducit, vt docet *Sotus in tract. de haresi*, & doctissimè explicat *Dominus Trasmiera lib.* 2. *cit. qu.* 1 *n.* 22.

4 Item

4 Item Maritus laicus, qui vxore viua, sine iusto consensu, vel etiam de consensu illius, nisi in casu à Iure permisso, quòd ipsa monasterium Ingrediatur, spontè ibique professionem emittat, se ad Sacros Ordines promouere facit. Is est suspectus de fide, & tamquam de heresi suspectus, potest à Dominis Inquisitoribus puniri, docet *Simanchas loc. cit. n.* 14. *Farinacius de hæresi, qu.* 183. *§.* 6. *n.* 74. *Sousa lib.* 1. *c* 8. *n.* 17. *in Aphoris.* I*nquisit. Diana tract.* 7. *p.* 4. *resolut* 4. *versu, nota secundo. Carena* 2. *p. tit.* 17. *n.* 12.

5 Qualis autem Suspicio heresis oriatur ex Matrimonio à Religiosis, vel Clericis in Sacris Constitutis, contracto, non eodemmodo ab omnibus iudicatur. Nam esse de Vehementi docet *Pegna in* 2. *p. Directorij, qu.* 49. *com.* 74. *versu, iam Apostata, Cantera qu. criminal: de hæreticis, n.* 70. *&* 71. *fol.* 431. *Simanchas in Enchiridion tit.* 12. *n.* 1. *Carena loc. cit. num.* 72. *& sequentibus.*

6 Sed ex Stilo nostrę Hispanicæ Inquisit. Religiosi, & Clerici in Sacris constituti matrimoniũ contrahentes, de leui tantum de hęresi suspecti habentur; vnde communiter huiusmodi Rei non torquentur, vt refert *Diana p.* 4. *tract.* 7. *resolut.* 5. *versu verum hodie stilus.* Et vt obseruat *Castrus Palaus tract.* 4. *disp.* 8. *punct.* 16. *§.* 8. *n.* 4. *I*sti Rei puniuntur eadem pœna, qua plectuntur contrahentes binas Nuptias, & grauiori ob suspicionem Lutheranę heresis; igitur ordinariè imponitur abiuratio de leui, tamquam de heresi leuiter suspectis, vt docet *Diana*: Nisi

ta-

talis qualitas personę, & circumstantię concurrerent, vt etiam necessè fuerit Reum torquere, eique abiurationem de Vehementi imponere, vt si Religiosus, vel Clericus esset de Prouincia infecta Lutheranæ hęresis; quandòquidem in tali casu, sequenda esset opinio *Simanchæ*, *Canteræ*, *& aliorum.*

7 Dubitari autem potest, quid sentiendum sit de Religioso, vel Clerico in Sacris constituto, qui matrimonium de facto non contraxerit, sed tantummòdo sponsalia? Et verò *Carena loc. cit.* *§. 3. n. 11.* ait ex Stilo Italicę Inquisitionis sicut de Coniugato contrahente sponsalia cum alia, sic de Religioso, quod huiusmodi Rei, vti de heresi suspecti subduntur foro, & Iudicio Dominorum Inquisitorum.

Sed tamen in Inquisitione Hispanica, vbi delictum attentatum de Polygamia dubitatur, an pertineat ad Inquisitores, potest esse specialis difficultas. Et *Sousa in Aphoris Inquisit. lib. 1. c. 33. n. 6.* negat coniugatum contrahentem sponsalia cum secunda reddi Suspectum de fide, vnde *Diana 4. p. tract. 8. resolut. 4. versu quodquidem in Inquisitione Romana*, ait, determinationem huius casus poscendam esse à Suprema Hispaniarum Inquisitione; Sed tamen *Illustrissimus Dominus Trasmiera lib. 2. cit. qu. 3. n. 16. folio* 127. Doctissimè asserit: quòd ad Tribunal Sanctæ Inquisitionis pertinet, & eodem ferè modo sentiendum est de Religioso, vel Clerico in Sacris constituto sponsalia celebrante, *lib. 3. quæst. 12. num. 23. folio* 291. maximè quandò huiusmodi

Reus

Reus ita delictum attentauerit, vt omnino id prosequutus fuisset, quantum est ex parte sua, nisi aliàs ex aliqua occasione impeditus, & detenctus fuerit, nempè, vel quia innotuit eius praua voluntas, & sic captus fuit, vel ex alia causa: secus autem si ex se resipiscens desierit huiusmodi scelus perpetrari.

DE POLYGAMIS, SEV CONTRAHENTIBVS binas nuptias.

CAP. XXVII.

1 Vxorum pluralitatem, seu Polygamiam licitam esse, impiè dixerunt *Anabaptistæ*, *& Lutherus*, vt refert Cardinalis *Bellarminius tom.* 2. *Controuers. de Matrimonio, controuers.* tertia, *c.* 10. *Valentia in* 3. *par. tom* 4. *disp.* 10. *quæst.* 1. *punct.* 3. vnde, *Hetzaus Anabaptista*, vt summam impudicitiam Orbi declararet, tredecim simul duxit vxores; Et *Bernardinus Ochinus* libellos tali authore dignos edidit, quibus Polygamiam inter suos docere veritus non est,

vt

vt refert *Canisius tom. 2. li 2. de Maria Deipara, c. 13.* Hinc etiam errauit Valentinianus Arrianus, qui legem tulit, licere duas vxores habere, sicut & ipse accepit. *Socrates lib, 4. Ecclesiasticæ historiæ.*

2 Sed contra horum hereticorum impudicitiam est catholica veritas, defininita *à Siriaco Papa in epist. 1. & ab Innocentio III. in cap. Gaudemus, Nicolao 1. & Concil. Trident. sess. 24. canone 2* Vbi ait: *Si quis dixerit licere Christianis plures simul habere vxores, & hoc nulla lege diuina esse prohibitum anathema sit. & Concilium etiam Nicenum c.24.* crimen Bigamiæ reprehendit.

3 Hinc est, quod qui secundas nuptias contrahit, prima vxore viuente, suspectus est de heresi, & censetur malè sentire de Sacramento Matrimonii; Et si talis contrahens originem traheret ex gente *Mahomettanorum*, verisimiliter præsumi potest, quòd legem Mahometti sequatur. *Simanchas tit.* 40. *de catholicis Institutionibus n.* 4. *Dominus Trasmiera lib.* 2. *de Polygamia, quæst.* 1. *n.* 4. Vnde factum hereticale est simul plures nuptias contrahere ex *cap. ad abolendam.* 2. quia directè iste modus contrahendi opponitur Sacramento Matrimonii, quod est vnius cum vna legitima coniunctio, cum ab Initio, vna costa in vnum virum conuersa est, vt loquitur *Innocentius III. loc. cit.* Vide *Dominum Trasmiera lib.* 2. *cit. qu.* 1. *n.* 17.

4 Qui scienter nubit cum aliena vxore, & Mulier scienter nubens cum alterius viro pari modo

modo malè sentire ostendunt de Sacramento Matrimonij, ac qui duas vxores ducunt, ex *Simancha*, & *Farinacio*, *quaestion.* 178. *de haeresi*, *num.* 73.

5 Item crimen Bigamię incurrit, qui contrahit Secundas Nuptias per Procuratorem, *Dominus Trasmiera lib.* 2. *quaest.* 3. *num.* 19. Sic etiam eamdem hęresis suspicionem, & in easdem pœnas incurrit Procurator, qui scienter secundas celebrat nuptias, quamùis alieno nomine celebret, durante primo Matrimonio; & ratio est, quia non minus quam mandans, quinimmò magis videtur malè sentire de Sacramento Matrimnoij.

6 Preterea eamdem hęresis suspicionem prefefert consulens Polygamiam; quandoquidem videtur etiam malè sentire de Sacramento Matrimonij. Ita *Emmanuel Moura opusc.* 1. *de Incantationibus*, *sect.* 3. *c.* 6. *n.* 11. *Dominus Trasmiera lib.* 3. *qu.* 9. *num. Secundo*, & *Diana* 4. *p. tract.* 7. *resolut.* 4.

7 Vt quis dicatur Reus de delicto Bigamiæ, non est opus, quod secundum Matrimonium, quantum est ex se, sit validum, seu, quod non stante primo validum esse posset. *Albertinus de Agnoscendis catholicis assertionibus*, *qu.* 23. *num.* 10. *Farinacius de delictis carnis*, *qu.* 140. *num.* 25. *Dominus Trasmiera*, *lib.* 2. *quest.* 9. 11. & 12. qui doctissimè, & fusè de hac re.

8 Suspectus item est de fide contrahens binas nuptias, & si nullam vxorem carnaliter cognoscat. *Sousa in Aphoris. Inquisit. lib.* 1. *c.* 35. *n.* 3.

num. 3. *Dominus Trasmiera lib.* 2. *cit. quæst.* 3. *num.* 1.

9 *Item* testis falsò coram Ordinario deponens de obitu coniugis, si iam Bigamus ad Tribunal Sancti Officij deferatur; ab ipsis Inquisitoribus, testis examinari, & puniri potest. *Dominus Trasmiera lib.* 3. *qu.* 16. *n.* 12.

10 Qualiter autem Polygami sint suspecti de hæresi, duplex est opinio. *Simanchas de catholicis Institutionib' tit.* 40. *n.* 6. ait esse leui suspectos, quē secut' fuit *Guttier practicar. qu. qu.* 8. *n.* 1. *Dominus Trasmiera lib.* 2. *qu.* 1. *n.* 29. & praxis Inquisit Hispanicę; quia Hispani solum respiciunt ad libidinem, ac concupiscentiam Polygami, quę regulariter solet esse prima causa impulsiua, & origo ad tale facinus perpetrandum.

Sed esse de vehementi suspectos huiusmodi Polygamos testatur *Farinacius de hæresi qu.* 178. *n.* 68. *Fernandez de Othero, qu. Iuris, p.* 3. *quæst.* 9. *n.* 4. *in fine*. *Carena tit.* 5. *de Polygamis §.* 9. *n.* 41. & patet ex praxi Supremi Tribunalis Sācte Romanæ Inquisitionis obseruata, quia respicit ad Originem huius delicti, quod proueniat ex infecta radice hæresis *Lutheranæ*, & Anabaptistarum.

11 Ratio verò quare Romana Inquisitio obseruat Infectionem hæresis, nostra verò Hispanica, vel libidinem, vel cupiditatem, videtur queri posse, vt doctè osseruat *Dominus Trasmiera dicta quæst. n.* 1. quia nimirum apud illas plures inuenti sunt, qui ideo in Bigamiam inclinarent

N

rent, quia hæresi, alioquè errore laborarent, quare meritò talis animaduersio illic est inducta; apud nostros verò, quia vt plurimum huiusmodi Polygami libidine ducti, aut alia simili passione illud scelus committunt, propterea maiori Misericordia tractantur. Vel etiam ex Iure id prouenit, quod scilicet attendens Romana suprema Inquisitio periculum, quod hæretica tabes inducere solet, vbi periculum hęresis est; contra illam pręsumit ad curandum. Nostra verò Inquisitio flammas considerans, quas luxuria excitare solet, ac mentes perturbare, humanę fragilitati indulgentius compatitur.

12 Verùmtamen est, quòd si contrahens binas nuptias originem trahit ex gente Mahomettanorum, vel è Religione Infetta Lutheranę, vel Caluinianæ heresis, tunc ętiam in Hispanica Inquisitione pręsumitur, quòd legem sequatur Mahometti, vel Dogma Lutheri. *Simanchas tit.* 40. *cit. n.* 4. atque in tali casu vehemens oriretur hæresis suspicio contra huiusmudi reos, vt docet *Vmbertus Locatus in Iudic. Inquis. verbo, hæreticus. n.* 22. *versu hinc est. D. Trasmiera loc. cit. n.* 4. *I*tem est de vehementi suspectus in nostra Hispanica *I*nquisitione, si quis plures quã duas contrahit nuptias, sic *D. Trasmiera dicta qu.* 1. *n.* 31.

13 *S*ed contra praxim Hispanicę Inquisitionis, & contra doctrinam doctissimè traditam à *D. Trasmiera.* arguit *Carena* 2. *p. tit.* 5. *n.* 58. *versu & sic patet contra D. Trasmieram*, quòd minus consequenter in hac re loquuntur Doctores

ctores Hispani, qui cogunt Polygamos ad abiurandum tantummòdo de leui, & sortilegos, qui abutuntur *S*acramento baptismi, Imagines scilicet baptizando, abiurare faciant deuehementi cum par ratio militet in vtroque casu.

14 Sed respondeo, pace tanti viri docti, cuius doctrinam alioqui magnifacio, quod dispar est ratio: ideò enim baptizans imaginem est de hæresi vehementer suspectus, quia hoc natura sua præsefert aliquid, quod est hęresis manifesta, vt quòd illę imagines sint capaces huius Sacramenti, ita *Pegna* 2. *p. Directorij commento* 67. *versu postremo generaliter.* At in Polygamis consideratur, quòd in delictis, quę circa carnis fragilitatem versantur, videtur potissimum locum habere deprauata voluntas, quæ mentem sępe excœcare, & consilium obnubilare solet, vt rectè *D. Trasmiera* aduertit *n.* 29. Præterea sępe imagines baptizans, illis vtitur ad sortilegia perpetranda, quę omnia reddunt operantem de hæresi manifestè suspectum: quando nisi is crederet, talia Sacramenta habere virtutem ad maleficiorum operationem, illa non adhibuisset. Sic *Pegna loc. cit. versu, Item illa Sortilegia;* At in Polygamis non videtur manifestè ista deordinatio mentis. sed tantum inordinatus affectus voluntatis, & concupiscentię propter libidinem.

15 Secundò arguit *Carena loc. cit. versu, & Mihi maximam difficultatem.* Contra id quod asserit *D. Trasmera n.* 31. Scilicet, quòd si quis

N 2 plu-

plures, quam duas contrahit nuptias, non solùm est de leui suspectus, sed etiam de vehementi. Quia si ex simplici, & vnica Polygamia oritur suspicio leuis de heresi, non poterit ex duplici Polygamia resultare vehemens suspicio; ex duabus enim leuibus suspicionibus non consurgit suspicio vehemens, sicuti nec ex duabus vehementibus suspicio violenta. *Farinacius de heresi, qu. 195. n. 24. Ita Carena.*

16 Sed respondeo, quidquid sit, an ex duabus suspicionibus de leui oriatur vna suspicio de vehementi, vt docet *Locatus in Iudic Inquisit. verbo, abiuratio. n. 1.* quod nequè *Farinacius loc. cit.* absolutè negat, sed tantum alijs cogitandum relinquit, quia illi durum videtur; nec enim negat quin ex duab' vehemētib' suspicionib' oriatur suspicio violēta, sed tmait *Farinacius* ibi: eū q abiurauit de vehementi; Si secūdò lapsu, nō nisi de vehemēti suspicione cōstiterit, nō debere dici relapsum. Sed qdqd sit de hoc, de quo *Dominus meus de Trasmiera* tibi non disputat, sed solum ait; quod reiterans illicitas nuptias Polygam' redditur suspect' de heresi de vehemēti; quia magis abutitur Sacramento Matrimonij, & maiorem illius contemptum habere videtur, ac magis deprauata voluntas in huiusmodi reo apparet. Ad eum planè modum, quo de blasphemantibus hereticaliter docet *Eymericus in Directorio, p. 2. quast. 41. n. 5.* & *Repertorium Inquisit. verbo blasphemia, versu, an tales blasphemi*, vbi dicitur, quod qui pluries, & frequenter in ludo, & extra ludum, in tales blasphemias

mias

mias prorumpunt, debent arctari ad abiurandũ, vt vehementer suspecti, iuxta *caput accusatus in principio*; Si autem non frequenter, sed rarò: tunc eo casu videtur abiurare debere, vt leuiter suspecti, iuxta idem *caput accusatus*. Pari ratione, qui vnicam committit Polygamiam, considerans nostra Inquisitio carnis fragilitatem, & concupiscentiam eius, ex deprauata tantum voluntate, habetur leuiter de hæresi suspectus; Cum verò quis plures, quam duas contrahit nuptias, erit de vehementi suspectus; quia vltra inordinatum affectum voluntatis, magis manifectatur deordinatio mentis, maiorquè contéptus Sacramenti Matrimonij.

17 Nequè absurdum existimari debet interdum ex vnico delicto oriri leuem suspicionem, ex iterato verò vehementem, quod quidem aperte asserit *Eymericus in Directorio Inquisitorum p. 2. quest. 56. n. 10. in fine*, quod probat ex *Concilio Tarraconensi*, vbi ait, quod qui dicit, vel facit aliquid contra fidem, & hoc semel, suspectus sit leuiter de heresi: qui autem bis, vel ter, suspectus sit de heresi vehementer: qui autem pluries, & frequenter, suspectus sit de heresi vehementissimè.

18 Dubitari hîc autem potest, an coniugatus contrahens sponsalia cum alia, subdatur Iudicio Inquisitorum; negant *Sousa in Aphoris, Inquisit loc. cit. n. 6. & Aloysius Riccius in praxi variarum Resolutionum, resolut.* 343. per totam. Probat Riccius quia aliud est Matrimoniũ, aliud promissio matrimonij; & aliud contra-

here, aliud promissio de contrahendo, *L. in bona fide deeo;quod certo loco,Cap.penult,de elect. in 6.* vbi *Glossa in verbo, exprimendo.*

Affirmat tamen *Carena tit.* 5. *§. 6. n.* 33. ex vsu iam in Sancto Inquisitionis Officio Italię practicato, quod talis sic contrahens sponsalia; vti de heresi suspectus subdatur foro, & Iudicio Inquisitorũ; Ita etiã *Costa de Remedijs subsid. remedio.* 15 *n.* 15. qui alios etiã laudat. Verũ tamẽ est, ꝙ hi vti tantũmodo de leui suspecti de heresi, solũmòdo de leui abiurãt;eo ꝙ ĩ istis adest praua animi dispositio ad abusum Sacramenti, ac proinde de leui sunt de heresi suspecti, & de leui abiurare debent. *Ita Carena loc. cit. n.* 43.

19 Item de Vxorato, qui nec contraxit Matrimonium, nec sponsalia cum alia, viua eius coniuge; sed tantummodò tractauit de alia ducenda, hic enim (inquit *Carena num.* 35. *versu ex dictis colligi potest*) omissa omni abiuratione, deberet pœnis arbitrarijs à Dominis Inquisitoribus puniri; quę quidem omnia procedere ex Stilo supremę, & Romanę Inquisitionis, nulli dubium est, vbi contrahentes binas nuptias, tamquã vehementer de heresi suspecti, de vehementi etiam abiurant.

20 Solum difficultas esse potest in nostra Hispanica Inquisitione, vbi Polygami, vt dictum est, habentur solum de Leui suspecti, ac proinde videtur procedere opinio *Sousę, & Riccij*, quod vxoratus contrahens sponsalia, nullo modo sit suspectus de heresi, & quod non subdatur Iudicio Dominorum Inquisitorum, sed à suo Or-

Ordinario sit puniendus. Vnde *Diana* 4. *pa. tract.* 8. *resolut.* 4. vt supra in simili diximus, in hac difficultate dicit determinationem huius casus poscendam esse à supremo Hispaniarum Inquisitionis Tribunali; sed nihilominus *Dominus Trasmiera lib.* 2. *quaest.* 3. *num.* 16. *fol.* 127. distinguit, quod tunc ad tribunal Sanctę Inquisitionis huiusmodi reus pertineat, quando qui hoc delictum bigamię attentauit, omnino prosequutus fuisset, quantum est ex parte sua, nisi aliqua occasione impeditus, & detenctus fuerit: non cognoscere autē de eo Dominos Inquisitores, si ex se ipso resipiscens desierit huiusmodi crimen perpetrari, & hoc pacto, seruatur in praxi in hac nostra Inquisitione, & huiusmodi reus pœna arbitraria punitur. Verum in his omnibus me subijcio Iudicio Supremę, & Generalis Romanę Inquisitionis.



DE FRANGENTIBVS, ET CONSPVR-cantibus; SEV INHONORAN-tibus Sacras Imagines.

CAP. XXVIII.

1 VSus, & adoratio Sacrarum Imaginum ex traditione Apostolica incæpit. ex *Sancto Thom. 3. p. quæst. 25. art. 3. ad 4.* imò ex Christo Domino originem traxit; quandoquidem ipse suę faciei Imaginem linteo impressam in passione reliquit. Item misit effigiem suam *Abagaro Regi Edessæ*, quę Genuę asseruatur in Ecclesia Sancti Bartholomęi, de hac imagine testantur *Stephanus, & Adrianus Pontifices apud Iuonem. 4. p. sui Decreti c* 83. *& Damascenus lib. 4. de fide cap.* 17. Vide *Suarez in 3. p. tom.* 1. *disp.*

54. *sect.* 1. *versu, dico primo.*

2 Omnes tamen ferè Infideles Christi Ecclesiam calumniati sunt, quod Imagines venerentur. Iconomachiorum primi authores fuerunt Iudęi, Samaritati, & Mahomettani; nam post *annum Domini* 600. Mehomettus, hominibus suę sectę nullas Imagines in templis permisit: Vndè Turcę nos Idolatras existimant propter cultum Sacrarum Imaginum. Inter Christianos verò, *Leo Isaurus Imperator* à Iudæis persuasus, publico èdicto, Imagines deponi, & deleri ex templis iussit: cuius impietatem secutus est *Constantinus V. Copronimus* appellatus, huius Leonis filius, quod in signum futurę impietatis Sacrum baptismum suo stercore fœdarit. *Post annum.* 800. Iterum bellum contra Imagines renouauit *Leo Armenius Imperator*; & qui ei successerunt *Michael Balbo*, *& Theophilus.* Et in Occidente *Claudius Hispanus Episcopus Taurinensis*, qui Imagines, & Cruces à templis suæ Diœcesis abstulit. *Anno verò Domini*, 1372. *Ioannes Vuicleph* Imagines repræhendit. Et nostro sæculo *anno*, 1522. *Andreas Carolstadius*, Imagines è templo abstulit. Deniquè Lutherani, & Sacramentarij damnatam iam olim Iconomachiam ab Inferis reuocarunt; sic etiam *Ioannes Caluinus*, *lib.* 1. *c.* 1. *& lib.* 4. *cap.* 9. *§.* 9. *Institutionum*: Vndè Caluinistæ vbicumque possunt Imagines frangunt, vel comburunt, vel abradunt.

3 Contra Igitur Sanctas Imagines, si quis dixerit, aut commiserit aliquid, propter hæresis su-

DE FRANGENTIBVS, ET CONSPVRCANTIBUS; SEV INHONORANTIBUS SACRAS IMAGINES.

CAP. XXVIII.

1 VSus, & adoratio Sacrarum Imaginum ex traditione Apostólica incæpit. ex *Sancto Thom. 3. p. quæst. 25. art. 3. ad 4.* imò ex Christo Domino originem traxit; quandoquidem ipse suę faciei Imaginem linteo impressam in passione reliquit. Item misit effigiem suam *Abagaro Regi Edessæ*, quę Genuę asseruatur in Ecclesia Sancti Bartholomęi, de hac imagine testantur *Stephanus*, & *Adrianus Pontifices apud Iuonem. 4. p. sui Decreti c 83. & Damascenus lib. 4. de fide cap.* 17. Vide *Suarez in 3. p. tom. 1. disp.* 54.

54. *sect.* 1. *versu*, *dico primo*.

2 Omnes tamen ferè Infideles Christi Ecclesiam calumniati funt, quod Imagines venegetur. Iconomachiorum primi authores fuerunt Iudei, Samaritati, & Mahomettani; nam post *annum Domini* 600. Mehomettus, hominibus suę sectę nullas Imagines in templis permisit: Vndè Turcę nos Idolatras existimant propter cultum Sacrarum Imaginum. Inter Christianos verò, *Leo Isaurus Imperator* à Iudæis persuasus, pnblico èdicto, Imagines deponi, & deleri ex templis iussit: cuius impietatem secutus est *Constantinus V. Copronimus* appellatus, huius Leonis filius, quod in signum futurę impietatis Sacrum baptismum suo stercore fœdarit. *Post annum.* 800. Iterum bellum contra Imagines renouauit *Leo Armenius Imperator*; & qui ei successerunt *Michael Balbo*, *& Theophilus*. Et in Occidente *Claudius Hispanus Episcopus Taurinensis*, qui Imagines, & Cruces à templis suæ Diœcesis abstulit. *Anno verò Domini*, 1372. *Ioannes Vuicleph* Imagines repræhendit. Et nostro sæculo *anno*, 1522. *Andreas Carolstadius*, Imagines è templo abstulit. Deniquè Lutherani, & Sacramentarij damnatam iam olim Iconomachiam ab Inferis reuocarunt; sic etiam *Ioannes Caluinus*, *lib.* 1. *c.* 1. *&* *lib.* 4. *cap.* 9. *§.* 9. *Institutionum*: Vndè Caluinistæ vbicumque possunt Imagines frangunt, vel comburunt, vel abradunt.

3 Contra Igitur Sanctas Imagines, si quis dixerit, aut commiserit aliquid, propter hæresis su-

suspicionem, quam prima fronte præsefert; ab Inquisitoribus hæreticæ prauitatis punitur, tamquam de heresi suspectus; non enim est verisimile, vt is, qui rectam fidem habeat: perpetrari audeat talia crimina, inquit, *Simanchas tit.* 33. *n.* 18. neque in hoc facinore, ait, quippiam est, quod allicere, aut mouere queat voluntatē in Imaginũ Sacrarũ iniuriā, nisi pertinax error intellectus perperam sentientis de veneratione illarum; nam peccata illa, quæ natura obiecti non trahunt voluntatem, verisimile est, quod perpetrentur voluntate mota ab intellectu peccantis.

4 Imaginem igitur frãgens, vulnerans, deturpans, spurcans, vel lapidem in eam iaciens, vel similia operans, vehementer de hæresi suspectus redditur, ex *Simancha de catholicis Institutionibus*, *tit.* 33. *n.* 18. *Farinacio de hæresi quæst.* 178. *n* 53. *Zanardo in Summa, c.* 64. *Sousa in Aphoris, Inquisit. lib.* 2. *cap.* 42. *num.* 14. *ex Alphonso de castro de Iusta hæreticorum punitione, lib.* 1. *c.* 12. *& is, Carena* 2. *p. tit.* 7. *§.* 7. *n.* 38. & ratio est, inquit Castro, quia hoc sine vehementi hæresis suspicione fieri non possent, presertim cum sit hæresis in 7. sinodo damnata, dicere: *Imagines non esse veneratione dignas.*

5 Cognitio huius criminis, quamuis *Simanchas loc. cit n.* 18. contendat esse mixti fori, nisi forte accesserit error in fide pertinax. Nihil ominus *Carena loc. cit. n.* 4. probat hoc delictum non esse mixti fori, sed eius cognitionem per-

pertinere ad Iudices fidei, priuatiuè quo ad laicos; & fusè id probat. Huic nefario crimini de Iure ciuili imponitur pœna mortis naturalis; arbitraria verò de Iure canonico; attentis circumstantijs personę, & delicti. *Clarus. §. finali quęst. 66. n. 19. Menoch. de arbit. lib. 2. centur. 4. casu. 326.* & alij apud *Sousam loc. cit. num.* 15.

6 Perpetrans autem ausu temerario publicè hoc horrendum delictum, siuè hæreticalem animum fateatur, siuè non, tradendus est Curię Seculari vltimo supplicio plectendus, ob facti qualitatem. Ita factum fuisse tradunt *Ancharanus Consil.* 15. *& Caffaneus Consil.* 1. *in quinto præsuppofito, n. 69 apud Sousam loc. cit. n.16. Et Carena tit.* 7. *§.* 7. *n.* 42. *versu, nequè obstat*, refert, quod etiam Bononię tres rei, qui plures Imagines in Ciuitate conspurcauerunt, de ordine Supremi Tribunalis Sanctę Inquisitionis Romanę, fuerunt brachio sęculari traditi, anno. 1623. qui debitas tanti sceleris pœnas persoluerunt; & merito: quandoquidem ait *Chrysostomus* in quadam oratione apud *Simancham, loc. cit.* Qui iniuriam facit Imagini, eum. qui per Imaginem rapræsentantur, Iniuria affecisse intelligitur: Sic etiam, qui Imaginem Imperatoris violauit, non secus ac si Imperatorem ipsum contumelia affecisset punitur.

7 Animaduertendum est circa Sacrarum Imaginum adorationem, quod Multum distat nostra adoratio ab Idolatria, & Idolorum cultu: Ecclesia enim catholica solum eas imagines

nes in veneratione habet, quæ personas adoratione dignas repręsentant. Deinde non absolutè eas adorat, nequè respicit ad formam, vel figuram ligni, sicut Idolatrę, sed ad Christum, ad Virginem, ad Sanctos, qui in imaginibus repræsentantur, & quos illa ligna in memoriam adducunt, veneratur, atque adorat; non enim sistit ille motus adorationis, illequè cultus in ligno, & imaginibus, quatenus ipsæ imagines res sunt ex ligno, & picturis confictę, Sed quatenus represensant Sanctos, & quatenus tendit, & refertur in exemplaria, & prototypa; vndè *in Concilio Trident sess. 25. in decreto. 2. de Sanctis Imaginibus* sic dicitur: *Imagines porrò in templis præsertim habendas, & retinendas, eisque debitum honorem, & venerationem impertiendam, nō q credatur inesse aliqua in eis diuinitas, vel, virtus, propter quam sint colendæ, sed quoniam honor, qui eis exhibetur, refertur ad prototypa.*



DE

DE CVLTV DEBITO, QVI *SACRIS* IMAGINIBUS est exhibendus.

Caput. XXIX.

1 CIrca Imaginum Sacrarum adorationem seruandus est modus debitus, & abstinendum est ab omni superstitioso cultu. Quoniam imagines depinguntur ad instruendam rudem, atquè indoctam plebem, vt eleganter *Damascenus lib. 4. de fide c. 16. & oratione tertia de Imaginibus* docet. *Et Gregorius Nyssenus oratione de Sancto Thedoro,* ait: *Solet enim etiam figura tacens in pariete loqui, maximèquè prodesse.* Item *Sanctus Gregorius Papa, lib. 9. epist. 9.* & refertur *Cap. perlata ad nos dist. 3. sic inquit: Nam quod legentibus scriptura, hoc idiotis præstat pictura cernentibus: quia in ipsa etiam ignorantes vident, quod sequi debeant.* Si igitur picturę, & imagines sunt libri imperitorum hominum,

num, & ad instar historiarum; quemadmodum libri ab erroribus expurgantur, & in historijs falsa, & apochripha corriguntur, ita in imaginibus nihil permittendum est, quin deuotionem, honestatem, & grauitatem non preferat.

2 Hinc est quod in *Indice expurgatorio Hispanico librorum prohibitorum, regula xi.* animaduertitur; quòd prohibeantur quæcumque figuræ, Imagines, Inuentiones, &c. quæ videri possint in contemptum, & irrisionem Sanctorum, & eorum etiam habituum, quæ regula fundatur in *Concilio Triden. sess.* 25. *in decreto de Inuocatione, & Veneratione, & reliquijs Sanctorum, & Sacris Imaginibus*, vbi dicitur: *Omnis porrò superstitio in Sanctorum inuocatione, reliquiarium veneratione, & Imaginum Sacro vsu tollatur, omnis turpis quæstus elimineturi, omnis deniquè lasciuia vitetur, ita vt procaci venustate Imagines non pingantur, nec ornentur*.

3 Et iuxta huiusmodi sanctiones optimè *Eminentissimus, & Reuerendissimus Dominus D. Ioannettinus Doria S. R. E. Presbyter* Cardinalis, *& Archiepiscopus Panormitanus in Diœcesana Synodo, par. p. c.* 4. *num.* 11. expresè mandat, ne in Sacris Imaginibus pingendis, sculpendisque aliquid incertum, superstitiosum, apochryphum, aut insolitum adhibeatur, & omninò vitentur profana, turpia, obscœna, inhonesta, & quæ procacitatem ostentant. Vnde ad tollendos profanos vsus circa habitus, & ornatus

Sacra


Sacrarum Imaginum, animaduertere debent Prælati; & coercenda videtur ineptia, & superstitio quarumdam Muliercularum, quæ, vt suis indulgeant affectibus, ad Christi paruuli imaginem ornandam, immoderato luxu vtuntur, vestientes eum fœminea veste, & ampla Cyclade, vulgo, *Guarda infante*, & Hispano Idiomate: *Sinaguas*, qui quidem ornatus magis ad irrisionem habitus Saluatoris, quam ad deuotionem, & grauitatem excitat: & contra decretum *Concilij Tridentini*, & Diœcesanas sanctiones huiuscemodi ornatus procacem venustatem præferre videtur; quandoquidem ex ipso vulgari nomine, *guarda infante*, apud vulgi existimationem, hæc ampla Cyclas apta videtur ad celandum Infantem in aluo conceptum, ergó procax apparet ornatus, & vt dedecens à Christi Imagine arcendus, quippè qui a Saluatoris nostri puritate alienus, & insolitus.

4 Maximè tollendus est hic vanus, insolitus, & superstitiosus ornatus ad vitandam occasionem hereticis nostri temporis, ne Sacras Imagines irrideant. Nam si Nouatores malè sentiunt, quod Imago Beatissimę Virginis Mariæ in nostris templis benè culta, & ornata cum Corona aurea appareat, & putant hoc esse ineptiam, & luxum fœminarum, vt refert *Canisius tom. 2. lib. 5. de Deipara c. 23.* qui tamen ornatus, non nisi ex deuotione ergà Virginem, & ad ostendendam eius Gloriam in cælo à fidelibus exhibetur. Quid igitur dicere possent huiusmodi heretici Nouatores si cernerent Imaginem

Chri-

Christi Domini Muliebri Cyclade ornatam, & procaci venustate comptam?

5 Adde, quod inter vtilitates Sacrarum Imaginum, vna est, quod ad imitationem animos prouocant, & ad fortitudinem excitant; huius vtilitatis meminit *septima Synodus*, quę *actione quarta* refert, quamdam impudicam fœminam, cum ad quemdam èuocata veniret, in ipso limine conspexisse imaginem Polemonis pudicissimi hominis, & inde confusam erubuisse, & pœnitentia ductam domum suam redijsse; ergo habitus modestus in Sacris Imaginibus est exhibendus, qui ad honestatem, pietatem, & deuotionem nos excitet, quod *Concil. Trid. in decreto superius allato de inuocatione, & veneratione, &c.* animaduertens ait: *vt pro ijs Deo gratias agant, ad Sanctorumque Imitationem, vitam, moresque suos component.*



DE

DE VENERANTIBVS HOMINES MORTVOS ANTE ILLORVM Canonizationem, VEL BEATIFICATIONEM.

Caput XXX.

1 QVicumque, Romano Pontifice in consulto, publicè defunctos, nondum à sede Apostolica canonizatos, vel beatificatos, venerariaudent, publicè eos inuocando, campanas in die eorum obitus pulsando, altaria erigendo, in litanijs, aut in Martyrologio eorum nomina ponendo, Imagines eorum cum radijs, luminibus, aut Laureolis proponendo, tabellas, aut Luminaria ad eorum sepulchra apponendo, grauiter ab Inquisitor. puniẽdi sũt, pro vt ita speciali constitutione, cautum est à *Sanctissimo Domino nostro Vrbano. V III. lata in Sancto Officio*

Vniuersalis Romanæ *Inquisitionis sub die.* 13. *Martij*.1625.*& est Cōstitutio* 37.*Sanctitatis suę, quæ incipit Sanctissimus Dominus noster solicitè animaduertens &c.* quam refert.*Diana post quar tam partem inter Bullas Apostolicas spectantes ad Tribunal Sancti Officij, folio, mihi*,481. *ex impressione Lugdunensi*. 1636. quamobrèm nonnulla hac de re, & de Sanctorum Canonizatione animaduertenda sunt.

2 Animaduertendum est primò, quod *Innocentius Tertius* Cap. *audiuimus de Reliquijs, & veneratione Sanctorum*, definit Canonizationem his verbis: *Canonizatio est canonicè*, & *regulariter instituere, quod aliquis pro Sancto habeatur*. Sequuntur ibi *Canonistæ*; *Siluester*, & alij *Summistæ*, *verb. Canonizatio*. *Cardinalis verò Bellarminius, tom* 1. *lib.* 1. *de Sanctorum Beatitudine* definit hoc modo: *Canonizatio nihil est aliud, quam publicum* Ecclesiæ *testimonium de Vita, Sanctitate, & Gloria alicuius hominis iam defuncti, & simul iudicium, & sententia, quæ determinantur illi honores qui alijs* Sanctis *debentur*. Vide *Lusium Turrianum de fide disp.* 17. *dub.* 1.

3 Animaduertendū Secundò ex *Bellarminio opusc. de Sanctis, lib.* 1. *cap.* 8. quòd duplex Canonizatio distinguitur, altera particularis, vniuersalis altera: Particularis dicitur, qua Sanctus aliquis, siuè Martyr, siuè Confessor colendus proponitur vni Particulari Ecclesię. Vniuersalis, qua toti Ecclesiæ colendus proponitur, ita vt nemini Christiano liceat de eius hominis Sanctitate

&

& beatitudine dubitare. Particularis autem Canonizatio, antiquis temporibus, Episcoporũ particularium Iudicio commissa erat, ita docet *Vualdensis lib. de Sacramentalibus*, *tit.* 14. *c.* 122. & colligitur ex *Cypriano lib.* 3. *Epist.* 6. vbi iubet ad se scribi, cum aliquis martyrium pateretur, vt singulis annis in eius memoriam dies natalis celebretur; & colligitur etiam ex *Concilio Florentino*, *sess.* 7. vbi Latini Patres testantur in Ecclesia Grecorum, Simonem Metaphastrem pro Sancto coli, cuius numquam fuit memoria in Ecclesia latina. Idem deniquę colligitur ex *Diuo August t.* 7 *in opere breuiculi contra Donatistas collatione. Tertij.* diei. *Ex Optato Mileuitano lib.* 1. *contra Donatistas*. Vniuersalis autem Canonizatio solum ad Supremum Ecclesiæ Pastorem, & Pontificem semper pertinuit; ita habetur *Cap. Audiuimus*, *&* *Cap. ex eo*, *de reliquijs*, *&* *veneratione Sanctorum*, *&* *Cap. Venerabili*, *de testibus*, *&* *attestationibus.*

4 Et ratio est, quia ad Summum Pontificem pertinet proponere toti Ecclesię, quid in materia Religionis sit agendum. Verum tamen est, inquit *Bellarminius loc. cit*; quòd plurimi antiquiores Sancti, qui colebantur in particularibus locis, decreto particularium Episcoporum, cęperunt paulatim coli in Ecclesia vniuersa, non certa aliqua lege, vel decreto, sed consuetudine, à Summis Pontificibus consensu tacito approbata, vt sunt Sanctus Martinus, Sanctus Nicolaus. Sanctus Hilarius, & quam plures alij; vndè Episcopi numquam

nerent colendos; quod Episcopis omnibus scripsit obseruandum *Fabianus Papa epist. 1. ad omnes Ecclesiæ Comministros*, habetur *prim. tom. Concil.* Pro tota verò Ecclesia Romæ legitimus Iudex semper fuit Romanus Pontifex, & in Principio Ecclesię pro cognoscendis, & seruandis rebus, & historijs Martyrum Notarij septem sunt designati, à *Clemente primo Antero & Fabiano*, vt constat ex eorum vitis, & *ex epist. Fabiani citata.*

6 Adnimaduertendum quartò, semper fuisse in Ecclesia maximam curam, vt veri Sancti à falsis, & commentitijs, siuè incertis distinguerentur, ne falsi, vel incerti, vt Sancti colerentur, constat ex *Concil. Carthaginensi. 1 cap. 2. Concil. Laodiceno. c. 9. & 39. Gangrense, c. 20* vt refert *Gratianus, c. siquis per* Superbiam, *30. dist.* & idem statuit *Carthaginense quintum cap 14.* refert *Gratian*⁹, *Cap. placuit, vt altera, de cõsecratione dist 1. Concil. Epaunẽse cap. 25. Concil. B.racharense. 3. cap. 5. aliàs, 6. Cõcil. Maguntinum, c. 51. Concilium Lateranense sub* Innocentio. *III. c. 62. refertur C. 2 de reliquijs, & veneratione Sãcto rum. Concilium Trident. sess. 25 c. de* Inuocatione, *veneratione, & reliquijs Sanctorum.*

7 Animaduertendum quintò. Romanam Ecclesiam semper maiorem diligentiam adhibere, ad canonizandos Confessores, quam Martyres, & ita obseruandum esse, docent *Canonistæ in C. 1. de Reliquijs & veneratione Sanct. Innocẽti*⁹ *n. 1 in fine Hostiensis n. 6. in fine. Iões Andr. n. 4. in fine*, & ratio est, quia in Martyrib⁹ faci

ſunt, etiam de beatificatione ſunt intelligenda; quandoquidem Beatificatio eſt quędam ſpecies verę Canonizationis, quę à ſolo Pontifice Romano concedi poteſt. Vide *Turrianum loc. cit. dub.* 4. Hinc eſt enim, quod Beatificatio dicitur Canonizatio particularis, quo ad cultum, iuxta placitum Summi Pontificis, reſtringendo ad certum genus cultus, vt alicui Eccleſię particulari vel Monaſterio; vel ordini Religioſorum, vt poſſint cultum Sacrum illi deferre, E. G. officium diuinum recitare, aut Miſſam celebrare certo die, cum tamen huiuſmodi reſtrictio non fiat circa canonizatum: his animaduerſis.

10 Dicendum eſt primò non licere aliquem defunctum, nondum canonizatum colere cultu Sacro, & publico, ſine Apoſtolicę Sedis facultate. Conſtat ex Prohibitione *Alexandri* III. *Cap.* 1. *de Reliquiis, & veneratione Sanctorum, & ex Concil. Generali Lateranenſi ſub Innocentio.* III. *c.* 63. relato *in* C. 2. *de Reliquiis, & veneratione Sanctorum.* Ita docent Canoniſtę *in* C. 1. *de Reliquijs. Innocentius, num.* 3. *Hoſtienſis. n.* 2, *Panormitanus n.* 3. *Notabili.* 21. ſic etiam *Bellarminius loc. cit. c.* 10. *Turrianus loc. cit. dub.* 9. *Verum* poſſe deferri cultum priuatum non canonizato, quem quis putat prudenter in Gloria eſſe, patet quia cum Pontifices, & Concilia prohibeant cultum deferri non canonizato, loquuntur publicè, & ſolemniter, hoc expreſſis verbis conſtituit *Concil Lateranenſe* citatum. & tenuerunt expreſſè *Hoſtienſis*, *Panormitanus*; *loc. cit. Cardinalis* Bellarminius, & alij, quos lau

dat, & sequitur *Turrianus loc. cit.*

11 Sed vt clarius appareat, quinam cultus deferri liceat, vel non debeat in honorem hominum non canonizatorum, vel beatificatorum. *Cardinalis Bellarminius loc. cit. cap.* 10. ex doctrina de cultu publico, & priuato, ad septem veluti capita huiusmodi cultum redigit,

Primò docet hominem non canonizatum non posse appellari Sanctum, quasi relatum ab Ecclesia in Catalogo Sanctorum, est enim cultus publicus, & solum fit quando aliquis canonizatur. Quamùis possit appellari Sanctus, tamquam is, de quo piè, & prudentèr creditur esse in gloria; affert quędam exempla *Bellarminius in responsione ad quoddam scriptum Anonymum apud Turrianum in selectis disputationibus Theologicis. p.1.disp.33.post dub.*5.de Sancto Bernardo, quiuocauit Malachiã Sanctũ statim à morte; & vitam eius, vt verè Sancti descripsit; S. quoq; Thomas Sanctum appellauit Bonauenturam, adhuc in carne mortali viuentem, & alia id Generis exempla refert.

12 Secundò asserit hominem non Canonizatum non posse inuocari in publicis Litanijs, & officio Sacro, ac in Martyrologio scribi, is enim cultus institutus est ab Ecclesia pro Canonizatis. licitum tamen est eum inuocare priuata authoritate, vt probat *Bellarminius* ex *Hieronymo in vita Paulæ*, & *Gregorio Nanzianzeno in vita Athanasij*.

13 Tertiò non licet, in honorem eius hominis non canonizati, templum, vel Altare ædi-

ædificare; quandoquidem hic etiam est cultus publicus institutus pro eo, qui authoritate, vel facultate Pontificis colitur. Quartò nec licet Missam dicere de tali homine propter eãdem rationem.

Quintò pari ratione, publicum festum diem celebrare in honorem eius hominis, non est licitum; licebit tamen priuatim Deo vacare in memoriam eius, vt patet ex *Cassiano collect. 19. capit.* 1., & alijs, apud *Turrianum, loc. citat.*

Sextò non licet, hominis non canonizati Imaginem, cum radijs, luminibus, seu Laureolis pingere, & adorandam in templo proponere; hoc enim est testimonium Ecclesiæ, de gloria illius, & publicus cultus: ac expressè prohibetur in Bulla allata *Santissimi Domini Nostri Vrbani VIII.*. Licitum erit tamen pingere sine radijs, & priuatim colere: hac enim ratione non est cultus publicus.

14 Sed An hęc Constitutio prohibeat etiam quod Imago illius, sic cum radijs picta, in Angulo domus secretò, vel in proprio cubiculo teneatur? Et respondetur esse prohibitum, ex verbis illius Bullę, videlicèt: *Eorum Imagines in Ecclesijs: alijsque locis publicis, ac etiam priuatis cum Laureolis, aut radijs, seu splendoribus proponuntur.*

15 Septimò non licèt Reliquias hominis non canonizati in templo proponere adorandas, quia est cultus solemnis, & publicus, qui sine Pontificis facultate, nulli est deferendus: licebit

bit tamen eas reliquias priuatim colere, eo quod iste cultus publicus, & solemnis non sit, vt multis exemplis probat *Bellarminius in lib. cit. de Sanctis, & in responsione ad scriptū Anonymum, vt supra.*

16 Dicendum secundò, non licere publicè ad sepulchra hominum mortuorum cum fama sanctitatis, non tamen canonizatorum, vel beatificatorum, cereos, vel Lampades accendere, nec tabellas, Imagines ex cera, aut argento &c. tam pictas, quam exsculptas appendere, seu affigere. Hęc conclusio est contra *Turrianum loc. cit. dub.* 10., *& Molfesium consil* 45. *num.* 33. *post secundum volum. commen. ad consuetud. Hispan.* Probatur verò ex constitut. prędicta Domini nostri *Vrbani VIII.* illis verbis: *Ad horum hominum sepulchra vetuit, ac inhibuit tabellas, atquè Imagines ex cera, aut argento &c. appendi, seu affigi, & Lampades, siue alia quæcumquè lumina accendi.*

17 Ad illa autem, quæ obijcit Turrianus, & commemorari solent ex multis Sanctorum historijs, ex relationibus auditorum Rotæ in Canonizationibus Sanctorum, vt Sancti Didaci, Hyacinthi, Sancti Raymundi, & aliorum. Respondet *Pegna in scripto illo anonymo apud Turrianum impresso in selectis disputationibus Theologicis. p.* 1. *disp.* 33. *cit. versu, ex omnibus istis patet responsio.*, quòd quandò ad Sepulchra illorum Sanctorum, & similium donaria offerebantur, & luminaria accendi permittebantur, id per Episcopos locorum testibus examina-

minatis, & receptis probationibus, cognitum fuerat de vitę Sanctitate, & miraculorum operatione.

18 Sed inposterum de huiusmodi tabellis, & donarijs modum prescribit *Sanctissimus Dominus noster Vrbanus VIII. in declaratione post dictam Bullam*, *die* 30. *Octobris* 1625. quod decretum impressum habetur apud *Barbosam, Cap.* 2. *de Reliquijs, & veneratione Sanctorum, & in libello Bullarum Recensiorum post prædictam bullam. folio mihi* 148. *ex impressione Neapolitana.* 1634.

19 Dicendum Tertiò, prohibitum esse de hominibus mortuis fama Sanctitatis, libros imprimi continentes gesta, miracula, vel reuelationes, sine recognitione, atque approbatione Ordinarii super ijs recognoscendis. *Ita* in prædicta bulla *Domini nostri Vrbani VIII.* expressè precipitur.

20 Dicendum quartò, contra publicè venerantes homines mortuos ante eorum Canonizationem, vel Beatificationem, & contra quoscumque reos aliquid operantes contra dispositionem Bullę prędictę, procedere posse Inqusitores fidei. Ita euidentissimè Pontifex in eadem Bulla, *sicut* etiam antea docuerat *Zachinus de hæreticis c.* 22. *n.* 8. *& Pegna in eius scripto super hoc confecto* impresso *apud Turrianum in selectis disputationibus vbi supra, versu, postremo illud obseruandum*, vbi ait, quòd similia præsumentes *interrogari ab Inquisitoribus possũt, q̃d sẽtiãt de Romani Põtificis autboritate*.

D E

DE CONFESSARIIS SOLICITANTIBVS Ad IMpudicos Actus.

Caput XXXI

1 OMnes Confessarij in Sacramentali Confessione allicientes, prouocantes, seu allicere, & prouocare tentantes mulieres, ad actus impudicos, & inhonestos, vtpotè de fide suspecti, subduntur iudicio Inquisitorum hæreticæ prauitatis, ac eisdem denunciandi, vt puniri possint, vigore constitutionis *Pauli. IV. die. 16. Aprilis.* 1561. *Pÿ.IV.die. 6. Aprilis.* 1564. *Clementis VIII. die.* 3. *Decembris.* 1592. *Pauli. V.* 16 *Settembris* 1608. & Nouissimè *Gregorÿ.XV. die* 30. *Augusti* 1622.



§. I.

§. I.

EXPLICANTVR.

VARII CASVS,

in quibus interueniat solicitatio in Bullis comprahensa.

VArij autem sunt casus, in quibus ex vigore supradictarum Bullarum, & specialiter *Gregorij*. *XV*. propriè interuenit solicitatio in Confessione, Inquisitoribus denuncianda, ac ab eis punienda, dequibus consulendi sunt Doctores, qui fusè hac de re scripserunt, vt *Acunha, de Cõfessarijs Solicitantibus, & Freitas* eius additionator, *Sousa opusc. de Confessarijs solicitantibus*, & *in Aphoris. Inquisitorum, lib.* 1. *c.* 34. *Bonacina de uarijs tractatibus disp.* 6. *punct.* 3. *Ioannes Sanchez in selectis disputationibus, disp.* 11. *Diana. p.* 1. *tract.* 7. *& p.* 4. *tract.* 5. *Trimarchius de* Confessario *abutente Sacramento pœniten-*

tentia, *Caſtrus Palaus tom.* 1 *operis Moralis tract.* 4. *diſp.* 9. ex quibus aliqua curſim adnotabimus.

1 Vt autem Confeſſarius iuxta hæc decreta denunciandus ſit: vt puniatur ſatis eſt, ſi cum verbis, vel ſignis dubijs, ſeu nutibus, &, tactibus ſolicitauerit; vel laudando Mulieris venuſtatem. *Bonacina loc. cit. n.* 5. *Souſa in Aphoris. Inquiſit. lib.* 1. *c.* 34. *n.* 54. *Peyrinus in priuilegij s minimorum, tom.*2.*Conſtitut.*4.*Gregorij XV.* §.6. *n.* 21. *Sanctarellus de hæreſi.c.* 44. *n.* 9. *verſu, Dico* 6. *Diana.* 4. *p. tract.* 5. *reſolut.* 25. *Carena de modo procedendi in cauſis Sancti.Officij.p.* 2. *tit.* 6. §. 5 *n.* 37.

2 Nec excuſat paruitas materiæ, quin talis Confeſſarius non denuncietur; *Ioannes Sanchez in ſelectis diſputationibus*, *diſp.* 11. *n.* 24. *Peyrinus tom.* 3. *Priuilegiorum cap.* 11. *n.*6. *Freitas in Additionibus ad tract. de Confeſſ. ſolicit. quæſt.* 7. *n.* 33. *Diana loc. cit. reſolut.* 5 *Trimarchius loc. cit. diſp.* 2. *ſect.* 7. *n.* 24. Ratio eſt, quia quamuis manum, vel pedem fœminæ premere, vellicare &c. ſimilia peccata poſſint eſſe venialia intra genus luxuriæ; dummodo finis Mortalis abſit, atque periculum pollutionis; hec tamē ſi tēpore adminiſtrationis Sacramenti fiāt, vel immediatè antè, vel immediatè poſt, erūt mortalia, & damnata, ob grauem iniuriā Sacramento illatam, inquit Sanchez relatus.

3 Item incurrit pœnas, & denunciandus erit Confeſſarius inducens mulierem, vel virum ad neſandum congreſſum, ſic *Caſtrus Palaus*

tract.

tract. 4. *disp.* 9. *punct.* 2. *n.* 3. *Sousa in Aphorismis* I*nquisit. loc. cit. n.* 19. I*oannes* S*anchez loc. item cit. n.* 23.

4 Etiam si post solicitationem statim pœniteat, pœnas non euadet Confessarius solicitans. *Sanctarellus de hæresi dub. vnico c.* 44. *n.* 18. *Bonacina disp.* 6. *cit. punct.* 3. *n.* 4. *Diana loc. cit. resolut.* 22. *Carena loc. cit. n.* 36.

5 Si Confessarius item, in Confessione, vel antè, vel post immediate, præbet pœnitenti scriptum, inquo Solicitatio continetur, etiam si tale scriptum non statim legendum prębeat, sed domi suæ, aut alibi, erit denunciandus, quandoquìdem solicitatio ortum habet à Sacramento, eique fit Iniuria. *Ioannes Sanchez loc. cit. n.* 32. *Diana loc. cit. resolut.* 2. *Trimarchius disp.* 2. *sect.* 8. *n.* 54. *Pater* I*oseph de Augustino in breui notitia pro primo ingressu ad audiendas Confessiones de Confessar. solicitantibus. n.* 7. *folio mibi.* 318.

6 Item si Confessarius ad Lenocinium solicitauerit erit denunciandus, & pœnas breuis nō effugiet. *Sousa in Aphoris. loc. cit. n.* 21. *& de Cōfess. solicit. tract.* 7. *c.* 14. *n* 3. *Acunha quest.* 17. *n.* 8. *& Freitas ibidem n.* 14. *Bonacina loc. cit. punct.* 3. *n.* 19. D*iana loc. cit. resolut.* 8. *Trimarchius disp.* 2. *sect.* 10. *num* 72. I*oannes Sanchez loc. cit. num.* 44.

7 Est etiam denunciandus, & Inquisitorum iudicio subijcitur Confessarius, si à pœnitente in Confessione domum suam petat, vt ibi concubinam adducat. *Diana loc. cit. resolut.* 45 ex Bulla *Gregorij. XV.* qui prohibet ad in honesta, si

siuè interse, siuè cum alijs, quomodolibet perpetranda.

8 Est etiam denunciandus, & pœnis subjacet confessarius, qui mulierem ad Confessionem accedentem, solicitet illam, Confessionem dissuadendo, & in aliud tempus defferendo. *Freitas in Addit. Nouis. de Confessarijs solicit. quest.* 14. *n.* 18 *Moura opusc. de Incant. sect.* 3. *n.* 18. *Castrus Palaus loc. cit. punct.* 7. *num.* 3. *Diana loc. cit. resolut.* 39. ratio est, quia tunc Confessarius laqueum parat, vbi à laqueis pœnitentem liberare debebat, propterea *Gregorius XV. in Constitut.* apposuit puniendnm esse solicitantem occasione confessionis, etiam ipsa confessione non secuta.

9 Si verò fœminæ dicenti se velle statim confiteri, Confessarius solum confessionem dissuadeat, animo eam postea alliciendi ad impudicos actus, si per talem dissuasionem precisè animus sufficienter mulieri manifestatur, taliter quòd ipsa possit intelligere dissuasionem Confessionis oriri ex animo ad inhonesta alliciendi, certum est esse solicitationem denunciandam; secus verò si animus non manifestetur. *Ioannes Sanchez numer.* 49. *Castrus Palaus punct.* 7. *citatum* 6.

10 Item si pœnitens, & Confessarius ad inuicem se solicitant, & si pœnitens fuerit prima in miscendis sermonibus impudicis, aut Confessarium solicitauerit, dummodo Confessarius consenserit, & inhonestos sermones habuerit, erit denunciandus, & in pœnas incurret. *Sousa*

sa in Aphoris. loc. cit. n. 11. *Freytas de Confessarijs solicitantibus quæs.* 11. *n.* 35. *Diana loc. cit. resolut.* 14. *Pater Ioseph de Augustino loc. cit. n.* 4. *fol.* 316.

11 Etiam si Confessarius consentiat solicitationi pœnitentis solicitantis erit denunciandus. *Fagundez de preceptis Ecclesiæ, precepto secundo, lib.* 4. *c.* 3. *n.* 56. *&* 57. *Ludouicus à Paramo de origine Sanctæ Inquisitionis: lib.* 3. *quæst.* 10. *num.* 171. *Diana.* 4. *p. tract.* 5. *resolutione* 4. *&* 24. *Pater Ioseph de Augustino numer.* 5. *loc. cit.*

12 In Decreta quoque deliquit Confessarius, si fœmina ad concubitum naturalem prouocet Confessarium, ipse tamen reprouocet ad nefandum, siuè ad Mollitiem. *Ioannes Sanchez dict. disp.* 11. *n.* 27. *Castrus Palaus loc. cit. punct.* 5. *numer.* 4. *Trimarchius disputatione.* 9. *sect.* 4. *num.* 34.

13 In pœnas Bullæ Pontificię incurret etiam, & denunciandus erit Confessarius; è contra, si mulier ad Sodomiticum congressum incitet, & Confessarius renuat; suadet tamen ad naturale. *Castrus Palaus punct.* 5. *num.* 4. *Trimarchius loc. cit. num.* 34. Ratio est quia Confessarius absolutè inductor est ad malum.

14 Quandò verò Mulier ad actum naturalem instiget, & Confessarius tamen contentus tantum osculis, & tactibus ad illa solicitet, pœnas Bullę non vitabit; quia tam à copula, quam ab osculis, & tactibus posset, & deberet fœminam auertere. *Ioannes Sanchez dict. disput.* 11.

P *num.*

num. 28 & *Diana. loc. cic. resolut.* 13.

15 Sub pœnis item Bullæ comprehenditur Confessarius, & erit denunciandus, etiam si extra occasionem Confessionis in confessionario, aut in loco quocumquè, vbi Confessiones Sacramentales audiuntur, simulando Confessiones audire, etiam si Confessarius, & pœnitens conueniant in simulatione, vt ibi impudicos, & inhonestos sermones habeant. *Sanchez dict. disp.* 11. *n.* 40. *Diana* 4. *p. tract.* 5. *resolut.* 50. *Trimarchius disp.* 3. *sect.* 2. *n.* 19.

16 Aduertendum est autem, quòd per verbum illud Bullę: in loco quocumquè electo ad Confessionem audiendam, intelligitur non solum locus in Ecclesia, sed etiam in domo, in Agro, in Monte, dummodo solicitantes confessionem simulent. patet ex verbis Bullę: *Simulantes Confessiones audire*, quod eueniet, si mulier flexis genibus more eorum, qui peccata sua confiteri volunt coram Confessario, ad audiendum applicato, constituatur, ita vt actus ille ab assistentibus, & circumstantibus Confessio credatur. *Sousa in Additionibus ad Bullam Gregorij XV. in tract. de solicitat. n.* 15. *folio. mihi* 265. *Fagundez lib.* 6. *in* 6. *preceptum Decalogi c.* 12. *n.* 19. Ratio pôt esse, qa Cōfessarius in Lasciua locutione peccat aduersus Religionē debitam Sacramento pœnitētię: quandoquidē Sacramēto pœnitētię debita est illa exterior reuerētia, & ceremonia, vt scilicet pœnitēs flexis genib', detecto capite, & supplex ad pedes Confessarij accedat, pro peccatorum venia consequenda.

Qui

Qui ergò hāc cęremoniam inhonestę locutioni arrogat, Sacramentum ipsum iure suo spoliat, & grauiter lędit. *Ioannes Sanchez disp. 35. num. 5. Castrus Palaus tractat. 4. disputat. 9. punct. 8. num. 3.*


17 Hinc Confessarius, si vocatus à fœmina pro eius confessione audienda, ab ea solicitatur ad turpia, quę etiam minas superaddat, se exclamaturam, vim sibi inferri, nisi consentiat, ob quę mulieri postulanti consentiat; ligatur constitutione Gregorij XV. ac Inquisitoribus est denunciandus. *Ioannes Sanchez disp. 11. num. 30. versu; At iam ex constitutione. Carena tract. de officio Sanctæ Inquisit. p. 2. tit. 6. §. 19. num. 95.* Ratio est, quia inhonesta, & impudica prętextu Confessionis perpetratur.

18 Pręterea Sacerdos iurisdictione carens, si solicitet, est denunciandus, & pœnas Bullę non effugiet. *Acunha quæst. 11. num. 5. Freytas num. 13. Ioannes Sanchez, num. 38. Castrus Palaus loc. cit. num. 1. Diana dict. tract. 5. resol. 8. Trimarchius disp. 7. sect. 4. num. 4. Pater Ioseph de Augustino loc. cit. num. 8.* quidquid in oppositum dicat Fagundez, nouissimè *libr. 6. in 6. præceptum Decalogi capit. 12. numer. 24.*

19 In pœnas item Bullæ incurrit Confessarius, & erit denunciandus, qui immediatè post Confessionem, sicut qui immediatè antè solicitat: Immediatè verò post solicitare censetur Confessarius dans pœnitentiam mulieri, vt nuda à se verberaretur, & cum

adhoc peruenisset, manu propria, aut scutica ab ipso percutitur. *Sousa opusc. de Confes. solicitant. tract.* 1. *cap.* 18. *num.* 14. *& in Aphoris. Inquisit. lib.* 1. *c.* 34. *n.* 40. *Diana.* 4. *p. tract.* 5. *resolut.* 47.

20 Etiam pœnas solicitantium non euadet Confessarius, & est reuelandus Inquisitoribus, si mulieri suadeat, vt ipsi eo loco verenda ostendat, quę ipsa in eadem Confessione, morbo affecta habere, dixit. *Sousa de Confessarÿs solicitant. loc. cit. n.* 14. *& in Aphoris. loc. cit. n.* 41. *Diana loc. cit.*



§. 2.

§. II.

QVA RATIONE CONFESSARIVS solicitans SIT DE HAERESI suspectus, & qualis sit talis suspicio.

1 CErtum esse debet ex Summorum Pontificum decretis Confessarios solicitantes ad inhonesta esse de heresi suspectos. Sed in quo consistat hec heresis suspicio? Doctores vt plurimum supponunt, & non explicant. *Illustrissimus autem Dominus Trasmiera de Polygamia lib. 3. quaest. 2. num.* 45. ait, quod solicitantes ad turpia sunt de heresi suspecti, quia specialiter fini Sacrosancti Sacramenti pœnitentię opponuntur; quia cum Sacramentum pœnitentiæ sit institutum ex sua primaria, & formali institu-

tione ad remittendas culpas; aduerſus huius Sacramēti finē ſpecialiter operatur, q eo abutitur, ad cōmittendū enorme delictum impudicitiæ, atque ſuſpicionem exhibet, quod male ſentiat de Sacramento pœnitentię; eamdem rationem aſſert *Trimarchius diſp. 4. ſect. 4. num. 26. ex Peyrino tom. 2. Priuilegiorū conſtitutione 4. Gregorij. XV. §. 3. num. 6.* Et hanc eamdem rationem oſtendere videtur *Summus Pontifex Gregorius XV.* illis verbis. *Vt Sacerdos ad Sacras Cōfeſſiones audiēdas deputatus, SacroSancto pœnitētiæ Sacramento, ſolicitando pœnitentes ad turpia, abutitur, & pro Medicina venenum, pro pane aſpidem porrigat. &c.* quia loco remittendi peccata, ad peccandum inducit.

2 Aliam etiam affert rationem *Dominus Traſmiera loc. cit. n. 31.* quòd ſolicitans occaſionem hæreticis præbet ad blaſphemanda Eccleſiaſtica Sacramenta, & ſpecialiter pœnitentiæ Sacramentum, quod nimirum ſit apta inuentio pro Impudicis Sacerdotibus ad ſuas explendas libidines, maximè quia hæretici noſtri temporis Confeſſionem auricularem, vt vocant, ex dęmonis officina eſſe depromptam, falsò aſſerunt. *Caluinus lib. 3. Inſtit. c. 4. §. 19.* & cum Caluino, & Caluariſtis: conuenit *Lutherus contra Latomum*; ait enim *nego in totum Confeſſionem eſſe exigendam*; ſic etiam *Philippus Melachton in exam. ordin. Zuuinglius contra Confeſſionem Lutheri*, & omnes tam Zuuingliani, quam Lutheriſtæ cum Caluiniſtis conueniunt, & Cōfeſſionē Sacramentalem veluti rē peſtilētē, & Eccleſiæ

siç multis nominibus noxiam damnant. Vide *Boerium lib. 2. examine Secundo; art. 24. errore* 8. Vndè solicitator prębet occasionem, vt inter alia, hac etiam ratione hęretici Confessionem vt noxiam damnent.

3 Qualis autem suspicio de hæresi oriatur ex solicitatione, de leui, vel vehementi? Non conueniunt inter se Doctores, Nam quòd sit de vehementi suspectus de hæresi Confessarius solicitans, tradit *Genuensis in praxi Curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ c. 66. n. 2. Pegna in Directorio. p. 2. Comen.* 81. *Modius de Sacris Ordinibus c. 27. n. 6. Aloysius Bariola post flores Inquisitorum, tit. de Confessarijs solicitantibus,* Vbi dicit, quod hodiè ex stilo Vrbis, & Orbis, immó etiam ex Apostolico rescripto, Confessarij solicitantes sunt vehementer de heresi suspecti. Et fertur ita declarasse *Clementem VIII.* vt testatur *Genuensis loc. cit.* Eamdem Suspicionem de vehementi admittit *Alphonsus de Leone in thesauro fori Ecclesiastici, p. 3. c. 37. n. 35. Carena de modo procedendi in causis Sancti Officij, p. 2. tit. 6, rubr. de Confessar. solicit. § 13. n. 53. Trimarchius de Cõfessario abutente disp. 4. sect. 4. n. 34*

4 Sed esse hoiusmodi solicitantes de leui solum suspectos, tenet *Ioseph Sesse tom. 4. decis. 449. n. 3. & decis. 454. n. 6 Paramus de Origine Sanctæ Inquisitionis lib. 3 quæst. 10 n. 15. Sousa de Cõfessarijs Solicitantibus tract. 1. c. 5. n. 6. Acunha tract. de Confessarijs solicitantibus qu. 2. num. 20. Castrus. Palaus, tom. 1. tract. 4. disp. 9. punct. 6. n. 1.* & ferè omnes Doctores Hispa-

 ni

nj, hac de re tractantes. Hinc est, quòd in Hispanica Inquisitione huiusmodi rei non torquētur, vt obseruat *Sousa loc. cit. tract. 2. c. 13. concl. 3. n. 11. & in Aphoris. Inquisit. lib. 1. c. 34. num. 64. & 65. Castrus Palaus loc. cit. punct. 11. num. 4. Acunha quest. 13. num. 14.* & ideò in nostra Inquisitione Hispanica huiusmodi rei tamquam leuiter de heresi suspecti abiurant tantum de leui, vt docent presati Doctores *Sousa loc. cit. ract. 1. c. 5. num. 6. & Diana. 4. p. tract. 7. resolut. 7.* quamòbrem vnusquisque sequitur praxim sue Inquisitionis.

5 Sed dubitari potest, An qui solicitat in loco ad Confessionem electo, vel pretextu, & occasione Confessionis, simulando Confessionem, reddatur de fide suspectus, abiurareque debeat de leui suspectione, sicut solicitantes, de quibus antique Constitutiones loquebantur? an verò absque abiuratione, extraordinaria pœna puniēdi sint, quandoquidem *Gregorius XV.* in *sua Constitutione* hoc non declarat? Inqua re negatiuè respondet *Sousa in Aphoris. Inquisit. loc. cit. num. 68. & Carena p. 2. tit. 6. §. 13. num. 54.* qui asserunt, quòd abiurant Confessarij solicitantes in Sacramentali Confessione, aut in actu proximo antecedente, vel consequente, aut quandò prætextu Confessionis, aut occasione illius solicitant: Non tamen abiurant quandò solicitatio fit solū in Confessionario, aut in loco, vbi Confessiones audiuntur; quia abutendo tātummòdo Confessionariorio, inquit Carena, nullam oriri heresis suspicionem, ac proindè hoc mo-

modo solicitantes nullo pacto abiurare debent.

6 Affirmatiua tamen sententia est *Dianæ. 4. p. tract. 5. resolut. 50. versu, quo ad alios verò casus*, vbi ait, quòd solicitantes in Confessionario, solum Confessionem simulantes, sunt de hæresi suspecti, & abiurare debent, vt alij solicitantes abiurabant, aitque sic in Romana, & vniuersali Inquisitione obseruari. Et nouissimè hanc etiam sententiam amplectitur *Fagundez lib. 6. in 6. præceptum Decalogi, c. 12. n. 25.* & affert item *Sousam de Confessarijs solicitantibus in Adnotationibus ad hanc Constitutionem Gregorij. XV. n. 15.* & ita etiam sentiendum existimo ex praxi nostræ Hispanicæ Inquisitionis. Probatur hæc nostra sententia, quia licet Summus Pontifex in hac noua Constitutione, seu in verbis nouiter in illa additis, non dicat sic solicitantes esse de hæresi suspectos; id tamen supponit ex Constitutione Pauli IV. ibi inserta, & à se approbata, & confirmata; in ea autem antiqua Constitutione solicitantes cum Iniuria Sacramenti declarantur suspecti. Cum igitur eadem ratio inueniatur in huiusmodi solicitātibus, atque in illis, idem de omnibus est sentiendum.

7 Sed ad hanc rationem contra *Dianam* respondet *Carena in secunda adictione nouissima loc. cit.* quòd Pontifex solum committit hoc crimen solicitationis abutendo Confessionario, Inquisitoribus puniendum, non tamen per hoc declarat tales abutentes loco ad Confessiones electo, vel Confessiones simulantes, esse de hæresi

resi suspectos; ad eum planè modum, quo in Regno Lusitaniæ ex constitutione *Pij IV.* & Gregorij XIII. Inquisitores habent cognitionem criminis Sodomitici, vt refert *Sousa in Aphoris. Inquisit. lib. 1. cap. 59. num.* 10. quod etiam seruatur in Regno Aragoniæ, Valentiæ, & Barcinonæ ex Bulla *Clementis. VII.* vt testat *Castrus Palaus, tract. 4. disp. 8. punct. 12. n. 11.* & tamen in tali casu crimen nefandum committentes nullo modo abiurant, nec quidem de leui, vt refert *Emanuel Moura de Incantation. lib. sect. 3. cap. 1. n. 16., & Castrus Palaus loc. cit.* ergò eodem modo obseruandum est cum huiusmodi solicitantibus.

8 At pace *Doctissimi Viri Domini Carenæ*, respondeo pro meo conciue *Padre Diana*, quòd maxima est disparitas, quia & si Inquisitores in Regnis Hispaniæ contra Sodomitas procedunt, attamen illud crimen non mutat naturam delicti sæcularis; licet mutet forum, vndè Domini Inquisitores puniunt tales reos, iuxta leges sæculares, & municipalia statuta, ex concessione *Pij. IV.* vt refert *Sousa loc. cit. n.* 28. Etsi *Gregorius XIII.* concessit, quòd procedant Domini Inquisitores contra Nefandos, sicuti in causis fidei, illæ particulæ *sicut in causis fidei*, intelliguntur solum quo admodum procedendi, & extat declaratio *Sanctissimi Domini nostri Vrbani VIII. ad Illustrissimum Inquisitorem Generalem Lusitaniæ. anno. 1622. die. 5. Martij in epistola Eminentissimi Cardinalis Mellini*, vt refert *Sousa loc. cit. num.* 12. Vndè in causis Sodo-

domitarum solent illis tradi nomina testium, sicuti in causis sæcularibus, vt de hoc more testatus est mihi *Illustrissimus Dominus meus D. Didacus Garcia de Trasmiera, vir generosis natalibus conspicuus, eximia eruditione, atque mira pietate insignis, nunc Regni Siciliæ Inquisitor, & olim Valentiæ*. Et tamen in Sacro tribunali Inquisitionis non dantur nomina testium, vt determinauit Sacra congregatio Eminentissimorum Cardinalium. 14. *Maij* 1566. Igitur non est par ratio de solicitatione facta prætextu confessionis, vel abutendo solum confessionario, quia hoc crimen committitur Inquisitoribus, & quo ad substantiam delicti, & quo ad modum procedendi, sicut omnia alia crimina solicitationis per antiquas bullas; ergò tales solicitantes vti de hæresi leuiter suspecti debent abiurare, sicuti solicitantes abiurabant.



§. III.

§ III. AN CONFESSARIVS SOLICITANS AD ALIA crimina extra venerem SIT DE HAERESI SVSPECTVS, ET AN INCVRRAT in pœnas Bullæ Gregorij XV.

1 CIrca primum, est sententia Negans Solicitantes ad alia crimina extra venerem esse de hæresi suspectos, ita vt contra eos procedere possint Domini Inquisitores, ex vi suę ordinarię Iurisdictionis. *Ita Ioseph Alderete in tract. de Religiosa disciplina tuenda, lib. 2. c. 15. num. 22. Portel in Addictionibus ad dubia regularia, verbo, Solicitare, num.* 8. *Bonacina loc. cit n.* 13.

2 Secunda sententia affirmat, quę mihi probabilior videtur. ita *Pegna in Directorio inquisitorum. 2. p. comen.* 8. *versu ille quoque, Acunha quæst.* 8. *n.* 9. *Freytas, in Addict. quæst.* 8. *num.* 17. *Ioannes Sanchez in selectis disputationibus, disp.*

disp. 11. *n.* 23. *Emanuel Moura opusc. de Incant. sect.* 3. *c.* 3. *n.* 17 *Castrus Palaus tract.* 4. *disp.* 9. *punct.*6, *n.* 2. *Dominus Trasmiera de Polygamia lib.* 3, *qu.*2. *n.*52. *Trimarchius de Confessario abutente disp.* 4. *sect.* 3. *n.* 6. Ratio est, quia sicut solicitantes ad inhonesta sunt de heresi suspecti, quia prebent fundamentum, vt de illis suspicio formetur, non benè sentire de Sacramentis, eo quòd abutantur Sanctissimo pœnitentię Sacramento: quandoquidem oppununtur primario fini Confessionis, qui est peccatorum remissio; sed hæc ratio ęquè militat in solicitantibus ad alia crimina: vt si Confessarius ad furtum, vel homicidium, vel aliud quodùis maleficium inducat: Immò maior malitia videtur adesse in inductione ad hæc peccata, quã ĩ Inductione ad Luxuriam; cum inductio ad Venerem magis ex passione procedat, quam ex malitia, vt animaduertit *Castrus Palaus loc. cit. n.* 1. Ac proindè in his casibus Confessarius occasionem accipiens forsitan ex peccatis confessis, loco medicinæ porrigit Venenum, cum abusu Sacramẽti, ac proindè videtur eadẽ hęresis suspicio procedere, sicuti in solicitatione ad actus impudicos.

3 Circa Secundum, An solicitantes scilicet ad alia crimina incurrant in pœnas Bullæ *Gregorij XV?* Dicendum est, solicitantem ad alia delicta extra Venerem, non incurrere pœnas contentas in Bullis ęditis contra solicitantes ad turpia. Ita *Acunha quæst.* 8. *num.* 6. *& sequentibus,* & ibidem *Freytas. num.* 16. *Sactarellus*

num. 28 & *Diana. loc. cit. resolut.* 13.

15 Sub pœnis item Bullæ comprehenditur Confessarius, & erit denunciandus, etiam si extra occasionem Confessionis in confessionario, aut in loco quocumquè, vbi Confessiones Sacramentales audiuntur, simulando Confessiones audire, etiam si Confessarius, & pœnitens conueniant in simulatione, vt ibi impudicos, & inhonestos sermones habeant. *Sanchez dict. disp.* 11. *n.* 40. *Diana* 4. *p. tract.* 5. *resolut.* 50. *Trimarchius disp.* 3. *sect.* 2. *n.* 19.

16 Aduertendum est autem, quòd per verbum illud Bullę: in loco quocumquè electo ad Confessionem audiendam, intelligitur non solum locus in Ecclesia, sed etiam in domo, in Agro, in Monte, dummodo solicitantes confessionem simulent. patet ex verbis Bullę: *Simulantes Confessiones audire*, quod eueniet, si mulier flexis genibus more eorum, qui peccata sua confiteri volunt coram Confessario, ad audiendum applicato, constituatur, ita vt actus ille ab assistentibus, & circumstantibus Confessio credatur. *Sousa in Additionibus ad Bullam Gregorij XV. in tract. de solicitat. n.* 15. *folio. mihi* 265. *Fagundez lib.* 6. *in* 6. *praeceptum Decalogi c.* 12. *n.* 19. Ratio pōt esse, qa Cōfessarius in Lasciua locutione peccat aduersus Religionē debitam Sacramento pœnitētię: quandoquidē Sacramēto Pœnitētię debita est illa exterior reuerētia, & ceremonia, vt scilicet pœnitēs flexis genib', detecto capite, & supplex ad pedes Confessarij accedat, pro peccatorum vęnia consequenda.

Qui

Qui ergò hac cęremoniam inhonestę locutioni arrogat, Sacramentum ipsum iure suo spoliat, & grauiter lędit. *Ioannes Sanchez disp. 35. num. 5. Castrus Palaus tractat. 4. disputat. 9. punct. 8. num. 3.*

17 Hinc Confessarius, si vocatus à fœmina pro eius confessione audienda, ab ea solicitatur ad turpia, quę etiam minas superaddat, se exclamaturam, vim sibi inferri, nisi consentiat, ob quę mulieri postulanti consentiat; ligatur constitutione Gregorij XV. ac Inquisitoribus est denunciandus. *Ioannes Sanchez disp. 11. num. 30. versu; At iam ex constitutione. Carena tract. de officio Sanctæ Inquisit. p. 2. tit. 6. §. 19. num. 95.* Ratio est, quia inhonesta, & impudica prętextu Confessionis perpetratur.


18 Pręterea Sacerdos iurisdictione carens, si solicitet, est denunciandus, & pœnas Bullę non effugiet. *Acunha quæst. 11. num. 5. Freytas num. 13. Ioannes Sanchez, num. 38. Castrus Palaus loc. cit. num. 1. Diana dict. tract. 5. resol. 8. Trimarchius disp. 7. sect. 4. num. 4. Pater Ioseph de Augustino loc. cit. num. 8.* quidquid in oppositum dicat Fagundez, nouissimè *libr. 6. in 6. præceptum Decalogi capit. 12. numer. 24.*

19 In pœnas item Bullæ incurrit Confessarius, & erit denunciandus, qui immediatè post Confessionem, sicut qui immediatè antè solicitat: Immediatè verò post solicitare censetur Confessarius dans pœnitentiam mulieri, vt nuda à se verberaretur, & cum

P 2 ad-

adhoc peruenisset, manu propria, aut scutica ab ipso percutitur. *Sousa opusc. de Confes. solicitant. tract.* 1. *cap.* 18. *num.* 14. *& in Aphoris. Inquisit. lib.* 1. *c.* 34. *n.* 40. *Diana.* 4. *p. tract.* 5. *resolut.* 47.

20 Etiam pœnas solicitantium non euadet Confessarius. & est reuelandus Inquisitoribus, si mulieri suadeat, vt ipsi eo loco verenda ostendat, quę ipsa in eadem Confessione, morbo affecta habere, dixit. *Sousa de Confessarÿs solicitant. loc. cit. n.* 14. *& in Aphoris. loc. cit. n.* 41. *Diana loc. cit.*



§. 2.

§. II.

QVA RATIONE CONFESSARIVS solicitans SIT DE HAERESI suspectus, & qualis sit talis suspicio.

1 CErtum esse debet ex Summorum Pontificum decretis Confessarios solicitantes ad inhonesta esse de heresi suspectos. Sed in quo consistat hec heresis suspicio? Doctores vt plurimum supponunt, & non explicant. *Illustrissimus autem Dominus Trasmiera de Polygamia lib. 3. quaest. 2. num. 45.* ait, quod solicitantes ad turpia sunt de heresi suspecti, quia specialiter fini Sacrosancti Sacramenti pœnitentię opponuntur; quia cum Sacramentum pœnitentiæ sit institutum ex sua primaria, & formali institu-

tione ad remittendas culpas; aduersus huius Sacramēti finē specialiter operatur, q eo abutitur, ad cōmittendū enorme delictum impudicitiæ, atque suspicionem exhibet, quod male sentiat de Sacramento pœnitentiæ; eamdem rationem affert *Trimarchius disp.* 4. *sect.* 4. *num.* 26. *ex Peyrino tom.* 2. *Priuilegiorū constitutione.* 4. *Gregorij. XV.* § 3. *num.* 6. Et hanc eamdem rationem ostendere videtur *Summus Pontifex Gregorius XV.* illis verbis. *Vt Sacerdos ad* Sacras *Cōfessiones audiēdas deputatus, Sacro Sancto pœnitētiæ Sacramento, solicitando pœnitentes ad turpia, abutitur, & pro Medicina venenum, pro pane aspidem porrigat. &c.* quia loco remittendi peccata, ad peccandum inducit.

2 Aliam etiam affert rationem *Dominus Trasmiera loc. cit. n.* 31. quòd solicitans occasion em hæreticis præbet ad blasphemanda Ecclesiastica Sacramenta, & specialiter pœnitentiæ Sacramentum, quod nimirum sit apta inuentio pro *I*mpudicis *S*acerdotibus ad suas explendas libidines, maximè quia hæretici nostri temporis Confessionem auricularem, vt vocant, ex dæmonis officina esse depromptam, falsò asserunt. *Caluinus lib.* 3. *Instit. c.* 4. §. 19. & cum Caluino, & Caluaristis: conuenit *Lutherus contra Latomum*; ait enim *nego in totum Confessionem esse exigendam*; sic etiam *Philippus. Melachton in exam. ordin. Zuuinglius contra Confessionem Lutheri*, & omnes tam Zuuingliani, quam Lutheristæ cum Caluinistis conueniunt, & Cōfessionē Sacramentalem veluti rē pestilētē, & Eccle

siæ

siç multis nominibus noxiam damnant. Vide *Boerium lib. 2. examine Secundo; art. 24. errore* 8. Vndè solicitator prębet occasionem, vt inter alia, hac etiam ratione hęretici Confessionem vt noxiam damnent.

3 Qualis autem suspicio de hæresi oriatur ex solicitatione, de leui, vel vehementi? Non conueniunt inter se Doctores, Nam quòd sit de vehementi suspectus de hæresi Confessarius solicitans, tradit *Genuensis in praxi Curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ c. 66. n. 2. Pegna in Directorio. p. 2. Comen. 81. Modius de Sacris Ordinibus c. 27. n. 6. Aloysius Bariola post flores Inquisitorum, tit. de Confessarijs solicitantibus*, Vbi dicit, quod hodiè ex stilo Vrbis, & Orbis, immó etiam ex Apostolico rescripto, Confessarij solicitantes sunt vehementer de heresi suspecti. Et fertur ita declarasse *Clementem VIII.* vt testatur *Genuensis loc. cit.* Eamdem Suspicionem de vehementi admittit *Alphonsus de Leone in thesauro fori Ecclesiastici, p. 3. c. 37. n. 35. Carena de modo procedendi in causis Sancti Officij, p. 2. tit. 6, rubr. de Confessar. solicit. § 13. n. 53. Trimarchius de Cōfessario abutente disp. 4. sect. 4. n. 34*

4 Sed esse hoiusmodi solicitantes de leui solum suspectos, tenet *Ioseph Sesse tom. 4. decis. 449. n. 3. & decis. 454. n. 6. Paramus de Origine Sanctæ Inquisitionis lib. 3. quæst. 10. n. 15. Sousa de Cōfessarijs Solicitantibus tract. 1. c. 5. n. 6. Acunba tract. de Confessarijs solicitantibusq. 2. num. 10. Castrus. Palaus, tom. 1. tract. 4. disp. 9. punct. 6. n. 1.* & ferè omnes Doctores Hispani

ni, hac de re tractantes. Hinc est, quòd in Hispanica Inquisitione huiusmodi rei non torquētur, vt obseruat *Sousa loc. cit. tract. 2. c. 13. concl. 3. n. 11. & in Aphoris. Inquisit. lib. 1. c. 34. num. 64. & 65. Castrus Palaus loc. cit. punct. 11. num. 4. Acunha quest. 13. num. 14.* & ideò in nostra Inquisitione Hispanica huiusmodi rei tamquam leuiter de heresi suspecti abiurant tantum de leui, vt docent prefati Doctores *Sousa loc. cit. tract. 1. c. 5. num. 6. & Diana. 4. p. tract. 7. resolut.* 7. quamobrem vnusquisque sequitur praxim sue Inquisitionis.

5 Sed dubitari potest, An qui solicitat in loco ad Confessionem electo, vel pretextu, & occasione Confessionis, simulando Confessionem, reddatur de fide suspectus, abiurareque debeat de leui suspectione, sicut solicitantes, de quibus antique Constitutiones loquebantur? an verò absque abiuratione, extraordinaria pœna puniēdi sint, quandoquidem *Gregorius XV.* in *sua Constitutione* hoc non declarat? In qua re negatiuè respondet *Sousa in Aphoris. Inquisit. loc. cit. num. 68. & Carena p. 2. tit. 6. §. 13. num. 54.* qui asserunt, quòd abiurant Confessarij solicitantes in Sacramentali Confessione, aut in actu proximo antecedente, vel consequente, aut quandò pretextu Confessionis, aut occasione illius solicitant: Non tamen abiurant quandò solicitatio fit solū in Confessionario, aut in loco, vbi Confessiones audiuntur; quia abutendo tāummodo Confessionariorio, inquit Carena, nullam oriri heresis suspicionem, ac proindè hoc mo-

modo solicitantes nullo pacto abiurare debent.

6 Affirmatiua tamen sententia est *Diana.* 4. *p. tract.* 5. *resolut.* 50. *versu, quo ad alios verò casus*, vbi ait, quòd solicitantes in Confessionario, solum Confessionem simulantes, sunt de hæresi suspecti, & abiurare debent, vt alij solicitantes abiurabant, aitque sic in Romana, & vniuersali Inquisitione obseruari. Et nouissimè hanc etiam sententiam amplectitur *Fagundez lib.* 6. *in* 6. *preceptum Decalogi, c.* 12. *n.* 25. & affert item *Sousam de Confessarijs solicitantibus in Adnotationibus ad hanc Constitutionem Gregorij. XV. n.* 15. *&* ita etiam sentiendum existimo ex praxi nostre Hispanicæ Inquisitionis. Probatur hec nostra sententia, quia licet Summus Pontifex in hac noua Constitutione, seu in verbis nouiter in illa additis, non dicat sic solicitantes esse de hæresi suspectos; id tamen supponit ex Constitutione Pauli IV. ibi inserta, & à se approbata, & confirmata; in ea autem antiqua Constitutionè solicitantes cum Iniuria Sacramenti declarantur suspecti. Cum igitur eadem ratio inueniatur in huiusmodi solicitatibus, atquè in illis, idem de omnibus est sentiendum.

7 Sed ad hanc rationem contra *Dianam* respondet *Carena in secunda adictione nouissima loc. cit.* quòd Pontifex solum committit hoc crimen solicitationis abutendo Confessionario, Inquisitoribus puniendum, non tamen per hoc declarat tales abutentes loco ad Confessiones electo, vel Confessiones simulantes, esse de hæresi

resi suspectos; ad eum planè modum, quo in Regno Lusitaniæ ex constitutione *Pij IV.* & Gregorij XIII. Inquisitores habent cognitionem criminis Sodomitici, vt refert *Sousa in Aphoris. Inquisit. lib. 1. cap. 59. num.* 10. quod etiam seruatur in Regno Aragoniæ, Valentiæ, & Barcinonæ ex Bulla *Clementis. VII.* vt testat̄ *Castrus Palaus, tract. 4. disp. 8. punct. 12. n.* 11. & tamen in tali casu crimen nefandum committentes nullo modo abiurant, nec quidem de leui, vt refert *Emanuel Moura de Incantationib. sect. 3. cap. 1. n. 16., & Castrus Palaus loc. cit.* ergò eodem modo obseruandum est cum huiusmodi solicitantibus.

8 At pace *Doctissimi Viri Domini Carenæ*, respondeo pro meo conciue *Padre Diana*, quòd maxima est disparitas, quia & si Inquisitores in Regnis Hispaniæ contra Sodomitas procedunt, attamen illud crimen non mutat naturam delicti sæcularis; licet mutet forum, vndè Domini Inquisitores puniunt tales reos, iuxta leges sæculares, & municipalia statuta, ex concessione *Pij. IV.* vt refert *Sousa loc. cit. n.* 28. Etsi *Gregorius XIII.* concessit, quòd procedant Domini Inquisitores contra Nefandos, sicuti in causis fidei, illæ particulæ *sicut in causis fidei*, intelliguntur solum quo admodum procedendi, & extat declaratio *Sanctissimi Domini nostri Vrbani VIII. ad Illustrissimum Inquisitorem Generalem Lusitaniæ. anno. 1622. die. 5. Martij in epistola Eminentissimi Cardinalis Mellini*, vt refert *Sousa loc. cit. num.* 12. Vndè in causis Sodo-

domitarum solent illis tradi nomina testium, sicuti in causis sæcularibus, vt de hoc more testatus est mihi *Illustrissimus Dominus meus D. Didacus Garcia de Trasmiera, vir generosis natalibus conspicuus, eximia eruditione, atque mira pietate insignis, nunc Regni Siciliæ Inquisitor, & olim Valentiæ*. Et tamen in Sacro tribunali Inquisitionis non dantur nomina testium, vt determinauit Sacra congregatio Eminentissimorum Cardinalium. 14. *Maij* 1566. Igitur non est par ratio de solicitatione facta prætextu confessionis, vel abutendo solum confessionario, quia hoc crimen committitur Inquisitoribus, & quo ad substantiam delicti, & quo ad modum procedendi, sicut omnia alia crimina solicitationis per antiquas bullas; ergò tales solicitantes vti de hæresi leuiter suspecti debent abiurare, sicuti solicitantes abiurabant.



§. III.

disp. 11. n. 23. Emanuel Moura opusc. de Incant. sect. 3. c. 3. n. 17 Castrus Palaus tract. 4. disp. 9. punct. 6, n. 2. Dominus Trasmiera de Polygamia lib. 3, qu. 2. n. 52. Trimarchius de Confessario abutente disp. 4. sect. 3. n. 6. Ratio est, quia sicut solicitantes ad inhonesta sunt de heresi suspecti, quia prebent fundamentum, vt de illis suspicio formetur, non benè sentire de Sacramentis, eo quòd abutantur Sanctissimo pœnitentię Sacramento: quandoquidem oppununtur primario fini Confessionis, qui est peccatorum remissio; sed hæc ratio ęquè militat in solicitantibus ad alia crimina: vt si Confessarius ad furtum, vel homicidium, vel aliud quodùis maleficium inducat: Immò maior malitia videtur adesse in inductione ad hæc peccata, quā ī Inductione ad Luxuriam; cum inductio ad Venerem magis ex passione procedat, quam ex malitia, vt animaduertit *Castrus Palaus loc. cit. n. 1.* Ac proindè in his casibus Confessarius occasionem accipiens forsitan ex peccatis confessis, loco medicinæ porrigit Venenum, cum abusu Sacramēti, ac proinde videtur eadē hęresis suspicio procedere, sicuti in solicitatione ad actus impudicos.

3 Circa Secundum, An solicitantes scilicet ad alia crimina incurrant in pœnas Bullæ *Gregorij XV?* Dicendum est, solicitantem ad alia delicta extra Venerem, non incurrere pœnas contentas in Bullis ęditis contra solicitantes ad turpia. Ita *Acunha quæst. 8. num. 6. & sequentibus*, & ibidem *Freytas. num. 16. Sactarellus*

lus de hæresi cap. 46. dub. vnico. num. 1. Peyrinus tom. 2. Priuilegiorum Constitut 4. Gregorij. XV §. 3. num. 7. Bariola in floribus Inquisitorum, quęsito quandò committitur. Bonacina, tract. vari. disp. 6. punct. 3. num. 13. Ioannes Sanchez dicta disp. 11. num. 23. Sousa in opusc. de solicitatione, tract. 1. c. 13. num. 4. & in Apboris. lib. 1. c. 34. num. 20. Diana, 1. p. tract. 4. resolut. 20. & p. 4. tract. 5. resolut. 17. Trimarchius disp. 14. sect. 7. n. 9. Dominus Trasmiera loc. ci. n. 34. Carena tit. 6. num. 19. Ratio est quia Pontifices loquuntur de solicitantibus ad inhonesta; nomine autem inhonestorum per Antonomasiam, & ex communi loquendi vsu, intelliguntur peccata carnalia. Quarè autem Pontifices in suis Constitutionibus voluerint solum comprehendere solicitantes ad Venerem, indè est: quia inter crimina de fide suspecta, solicitatio ad turpia est maximi momenti, & valdè periculosa, quippequè, vt plurimum accidere poterat, nisi pœnis obuiaretur.

4 Sed tamen sub pœnis contentis contra solicitantes ad inhonesta, comprehenderetur, si aliquis solicitans ad alia crimina, motiuum Venereum haberet vt, E.G. si Confessarius solicitaret ad Veneficium amatorium; quia tendit ad finem impudicum, & inhonestum.

5 Item si solicitat ad homicidium mariti, vt liberius, defuncto viro, cum muliere vxore tractare possit, ex motiuo impudico. Secùs si ex alia intentione, E.G. ex odio, & nullum signum ostēdit, quòd ex libidine moueatur ad solicitandum

ad

ad huiusmodi homicidium. Ita *Trimarchius loc. cit. sect. 3, n. 12,*

6. Dubitari autem hìc potest, an solicitans ad actus inhonestos in alijs Sacramentis, incurrat in pœnas contentas in Bullis contra solicitantes æditis, E.G. Sacerdos dum assisteret celebrationi contractus matrimonij, vel dum Eucharistiam, baptismum, vel aliud Sacramentum admi nistraret? Et respondetur negatiuè. ita cōmuniter Doctores. *Acunha quæst.* 16. *num.* 6. *Sanctarellus de heresi disp,* 46. *dub. vnico num.* 5. *Bonacina tract. var. loc cit. num.* 14. *Laurentius de Peyrinis in priuilegijs, tom.* 2. *Constit.* 4. *Gregorij. XV.* §. 5. *num.* 17. *Sousa in Aphoris. Inquisit. lib.* 1. *c.* 34. *num* 20. *Lezana in summa tom* 1. *cap.* 19. *num.* 34. *Ioannes Sanchez dicta disp.* 11. *num* 42. *Freytas loc. cit. n.* 10. *Castrus Palaus tract.* 4. *disp.* 5. *punct.* 1. *num.* 4. *Carena tit* 6. §. 5. *num.* 26. *Trimarchius disp.* 3. *sect.* 7. *num.* 65. *Dominus Trasmiera de Polygamia lib.* 3. *quæst.* 2. *n.* 58.

Et ratio est, quia Pontifices loquuntur de solicitātibus in Confessione, vel occasione, aut prætextu Cōfessionis, seu in loco, in quo pœnitentiū Confessiones excipiuntur, vel excipi simulantur, Ratio autem cur hoc statutum sit ratione confessionis, non autem reliquorum Sacramentorum, hęc esse potest; quia maius solicitationis periculum imminet in Confessione, quam in reliquis Sacramentis; Cum enim pœnitentes peccata, ac prauos animi, & corporis sui motus, & affectus secretò fateantur, tunc impudicus,

dicus, & imtemperans Confessarius facilè indè posset occasionem arripere prouocandi ad libidinem pœnitentem, nisi mætu denunciationis, & grauis pœnæ coerceatur. Ita *Bonacina ex Acunha & Sanctarello citatis*. Quę ratio est quasi à posteriori.

7 Aliam autèm rationem, veluti à priori, vt ita dicam, affert Dominus *Trasmiera loc. cit.* quia ita solicitans in alijs Sacramentis non videtur primarium finem illorum Sacramentorum peruertere, cum non sint instituta ad remissionem peccati, sicut Sacramentum pœnitentię; excipit tamèn ipse *Dominus Trasmiera* Sacramentum baptismi, quod est institutum ad delenda, cũ originali, etiã peccata actualia ãte baptismũ cõmissa in adulto, & Sacramentũ extremæ Vnctionis, quod institutum est, saltem secundariò, ad delenda peccata, quæ tunc per alia Sacramenta deleri non possunt vt ait *Coninch de Sacramentis disp. 12. dub. 5. num. 19.* sed in istis Sacramentis procedit ratio primo loco adducta: quandoquidem in ijs non videtur imminere taliter periculum solicitationis; quis enim erit ita impudicus, & insanus, vt solicitare audeat Agonizantem ministrando extremam vnctionem? Sic etiam non militat illud periculum cum Sacerdos mulieri adultæ Sacramentum baptismi administrat; cum hoc non fiat secretò, sicut Sacramentum pœnitentię, sed publicè coram compatribus, & alijs assistentibus.

8 Adde, quòd solicitans in Sacramento baptismi, non ita principaliter opponeretur fini hu-

ius

ius Sacramenti; quia tunc si sollicitata assentiretur, posset esse Sacramentum validum quidem, sed informe: non sic in solicitatione in sacramento pœnitentiæ, quia in tali casu Sacramentum nec formatum esse posset, nec validum, si mulier solicitanti assensum preberet.

§. IV. AN QVI POENITENTEM AD VENEREA SOLICITAVERIT ANTE BVLLARVM promulgationem pœnis contra SOLICITANTES SVBIACEAT

1 NEgatiuè respondet *Fagundez de præceptis Ecclesiæ in editione Nouissima præcepto secundo lib. 4. c. 3. num. 74. Sousa de Confessarijs solicitantibus tract. 1. c. 20. num. 6. Diana. par. prima tract. 3. resolutione. 15. & par. 4. tract. 5. resolut. 40. Antonius Nouarius in Summa Bullar. tit. de solicitantibus in Confessione n. 16. Portel in Addictionibus ad dubia regularia verbo solicit. n. 7.*

Q Sed

2 Sed probabilior videtur affirmatiua sententia, quam sequitur *Acunha quæst.* 3. *num.* 10. & 35. *Freytas in edict. nouissima de Confess. solicit. quæst.* 3. *num.* 15. *Hieronymus Rodoric. in compendio quæstionum regularium resolut.* 131. *num.* 1. *Bonacina loc. cit. num.* 7. *Homobonus. par. prima examinis, tract.* 13. *c.* 3. *quæst.* 13. *assert.* 4. *Sanctarellus de hæresi. c.* 44. *num.* 11. *Dominus Trasmiera de de Polygamia lib.* 3. *q.* 2. *n.* 36. *Trimarchius disp.* 14. *sect.* 5. *n.* 31.

Et ratio est, quia præfati Pontifices, in allatis bullis, mandant Inquisitoribus, vt in premissis contra quomodolibet diffamatos diligenter inquirant, ergò potestatem conferunt inquirendi de crimine solicitationis, siuè patratum fuerit post Gregorij constitutionem, siuè ante illius editionem: quamquam Confessarius, in hoc casu, non est puniendus iuxta *Gregorij XV.* constitutionem, cum hec nondum edita esset, dum ipse deliquit.

3 Probatur prætereà, quia licet Constitutiones, & statuta ad præterita non extendantur. *c.* 1. *de postulationibus Prælat. in.* 6. *cap. cognoscentes, & cap. finali de Constitut: & L. leges C. de legibus.* Et multo minus extendantur ad præterita, quę iam definita, & decisa fuerunt, per sententiam, aut solutionem, vel transactionem *c. de his, de accusationibus, & ibidem Berous num.* 20. *Couarruuias secundo Var. c.* 1. *Clarus, & alij apud Sanctarellum, & Acunham loc. cit.*

Nihil ominus Constitutiones, etiam ad preteritos actus extenduntur, dum constat legis lato-

latorem voluisse, suas constitutiones ad preteritos actus extendere, *cap. finali de Constitutionibus, & L. leges. C. de legibus.* In nostro autem casu constat Gregorium XV. voluisse suam Constitutionem ad preteritos actus extendere; mandat enim Confessarijs, vt admoneant pœnitentes de obligatione denunciandi Confessarium solicitantem, & hec obligatio ipsum statim post promulgationem afficit. ergò etiam implicitè obligat pœnitentem ad denunciandum Confessarium, à quo pænitens solicitatus iam fuit; alioquin Confessarius non teneretur statim post edicti promulgationem admonere pœnitentem de huiusmodi obligatione. ita *Rodoricus Acunha* apud *Bonacinam. tract. var. disp. 6. punct. 3. num. 7.*

4 Preterea lex declaratoria Iuris antiqui ad actus præteritos extenditur, vt colligitur *ex cap. vl. de Sponsa duorum, & cap. cum tu de vsuris,* & tradunt Doctores *in cap. vlt. de Constitut. Suarez lib. 3. de legibus. c.* 14. *num.* 8. *Laiman lib.* 1. *tract.* 4. *c.* 14. *num.* 12. *Castrus Palaus tom.* 1. *tract.* 3. *disp.* 5. *punct.* 3. *§.* 5. *num.* 6. Et ratio est, quia lex declaratoria non constituit Ius, sed declarat Ius iam constitutum, vt habetur in *lege hæredes palam. §. sed & si notam, ff de testā* 12. & tradit *Felinus in c. licet causa, col.* 12. *de probat*: & Doctores Cōmuniter *in L.* 1. *ff. si certa petas.* Sed Bulla *Gregor. XV.* est lex declaratoria; declarat enī Ius iā antiquū, illud innouando, & confirmando ad tollenda dubia apud aliquos; ergò ad pretetita trahitur.


5 Quòd autem Bulla Gregorij XV. sit quædā lex declaratoria patet ex *Bulla Pij IV*. quam in sua Constitutione inseruit de Verbo ad Verbum. Et in eo, quod innouat, & confirmat, declarat, quod antea Paulus. V. declarauerat in quodam decreto, quod refert *Coriolanus de casibus reseruatis. p. 1. sect. 2. art. 22. num. 4.* apud *Ioannem Sanchez disp* 11. *num. 66.* refert etiam *Belochius in tractatu de casibus reseruatis p. 2. quæst. 7. num. 32. & Carena 2. p. tit. 7. §. 5. n.* 32; in hæc verba.

Feria. 5. die 10. *Iulij.* 1614. *in Generali Congregatione Sanctæ Romanæ Vniuersalis Inquisit. habita in Palatio Apostolico Montis Quirinalis, coram* San*ctissimo Domino nostro* P*aulo diuina prouidentia Papa. V. ac Illust. DD. Don Petro tit. Sanctæ Mariæ intranstiberim Aldobrandino, Roberto tit. Sanctæ Mariæ in via Bellarminio Ferdinando Taberna, tit. Sancti Eustachij, & Ioannes Garsia* San*ctorum quatuor Coronatorum Millino, nuncupatis Præsbiteris, Sanctæ Romane,* E. *Cardinalibus aduersus hæreticam prauitatem, in tota Republica* C*hristiana Generalibus Inquisitoribus à* San*cta Sede Apostolica specialiter deputatis: facta relatione, quod multi Confessarij tractant cum mulieribus in Confessionali extra occasionem Confessionis, de rebus inhonestis, Sanctissimus decreuit, vt contra huiusmodi Confessarios procederetur in Sancto Officio*. Ex quo sequitur etiam ante decretum *Gregorij. XV.* Confessarios solicitantes esse denunciandos, & subdi foro Inquisitorum, etiam si solicitent extra

tra Confessionem, tantummòdo in Confessionario, confessionem simulando; ergò Bnlla Gregorij fuit declaratoria Iuris Antiqui, ac proindè ad prætérita extenditur.

6 Deniquè animaduertendum est, quod Confessarius, qui non declarat fœminæ solicitatę obligationem denunciandi, aut qui eidem dicit, ad talem denunciationem faciendam non teneri, ab Inquisitoribus pro qualitate culpę potest puniri, vt habetur in Bulla *Gregorij. XV.* & notat *Sousa in opusc. de solicitantibus in Additionibus. num. 27. & in Aphoris. loco citato, num. 73. & Freytas in Additionibus nouis, ad tractatum de Confes. Solicit. qu. 21. n. 77.*

†



DE LEGENTIBVS, AC RETINENTIBVS libros prohibitos.

CAP. XXXII.

1 IVstissima, & legitima est Ecclesię lex prohibens hereticorum libros, vt constat ex antiquissima eiusdem Ecclesię, & Christianorum Principum consuetudine; nam *Actorum* 19. multi, qui fuerunt curiosa sectati (legendo scilicet libros magicos, aut alios prauam doctrinam continentes) libros suos publicè combuserunt, quamuis essent magni pretij, vt ibidem dicitur, & id factum Iussu Apostolorum insinuatur. Item *Concilium Nicænum* iussit comburi libros Arrij, vt testatur *Niceforus lib.* 8. *cap.* 18. Idemque sub grauissimis pœnis statuit *Constantinus magnus*. vide *Baronium, anno* 325.. Item *Theodosius*, *&* *Valentinianus L. damnato* 6. *C. de hæreticis*, *&* *Manicheis* §. *nec vero*, iusserunt comburi omnes libros Nestorij; & *Valentinianus*, *ac Martianus ibidem L. quicumquè* §. *nec*

vlli,

vlli, sub pœna deportationis in Insulam prohibuerunt libros *Nestorij*, aut *Euthichetis*, legi, aut seruari; *Gelasius quoquè Papa Codices Manichæorum* Romę inuentos antè foras Basilicę Sanctæ Marię concremari pręcepit, ut constat ex libro Pontificali in vita *Gelasij*. Idem de libris Vuiclephi duo Concilia *Constantiense*, *&* *Romanum* iusserunt, vt constat ex gestis *Concilij Constantiensis quæst.* 8. plura de hac re videri possunt apud *Alphonsum de Castro, de iusta hæreticorum punitione capit.* 15: *&* *Bellarminium lib.* 3. *de Laicis c.* 20.

2 Hinc est, quòd Summi Pontifices antiquorum Patrum vestigijs inhęrendo, in *Bulla Cœnæ Domini, clausula prima*, sub pœna excommunicationis Pontifici reseruatę, prohibent omnibus Christi fidelibus, ne hereticorum libros hęresim continentes, vel de Religione tractantes, sine authoritate Sedis Apostolicæ, scienter legant, aut retineant, imprimant, seu quomodolibèt defendant, ex quauis causa, publicè, vel occultè, quouis ingenio, vel colore. Hęc prohibitio extensa est in aliquibus decretis Pontificijs; nam *Sistus V. in Bulla contra Astrologos Iudiciarios Cœli*, *&* *Terræ*, sub excomunicatione, prohibet libros de Astrologia, seu de diuinatione tractantes, *de Geomantia*, *Hydromantia*, *Aeromantia*, *Pyromantia*, *Necromantia*, *&c.* quam excommunicationem *Castrus Palaus tract.* 4. *disp.* 2. *punct.* 10. dicit, pontificem sibi reseruasse, sed reuera, vt patet ex eadem Bulla, Pontifex prohibet sub censura con-

tenta in Indice librorum prohibitorum, ex decreto *Concilij Tridentini*, quę excõmunicatio non est reseruata. Item *Clemens VIII. in Indice librorum prohibitorum* sub excõmunicatione, non tamen sibi reseruata, prohibuit hęreticorum libros, etiam si de Religione non tractent, nisi prius expurgentur; Item libros Authorum, qui sunt de heresi suspecti, immò, & Catholicorum, quibus aliquę sunt hereses admistę, quięque expurgatione indigent, prout latius in supra dictis regulis habentur. Vide in fine *Concilij Tridentini*, & *Azorium*, *tom.* 1. *Institutionum moralium lib.* 8. *cap.* 16. *quæst.* 14. Insuper pro Regnis Hispanię extat constitutio nouissima *Pauli V.* quę incipit: *Cum sicut accepimus*, in qua prohibentur omnes libri, qui expurgatione indigent, sub censura Pontifici, vel Inquisitori Generali reseruata; qui autem sint hi libri, per regulas tredecim generaliter explicantur, quę appositę sunt initio expurgatorij, vt testatur *Castrus Palaus tract.* 4. *disp.* 2. *punct.* 10. *in principio*.

3 Ad incurrendam igitur excommunicationem Bullę Cœnę, contra legentes, retinentes &c. libros hęreticorum, quatuor requiruntur. Primum, vt tales libri sint hęreticorum. Secundum, vt contineant heresim, vel tractent de Religione. Tertium, vt scienter legantur, retineantur, &c. Quartum, vt id fiat absque licentia *Papæ*.

4 Hinc sequitur primò, *Infidelium* libros legentem, retinentem &c. vt librum Thalmud, &c. non compręhendi, licet compræhendatur

sub

ſub excõmunicatione lata, vel à *Clemente VIII.* in quadam eius Bulla, vel in *Indice librorum prohibitorum Regula* 10. ita *Duardus ad Bullam Cœnæ libro.* 2. *Canone.* 1. *qu.* 35. *n* 5. *Sanchez lib.* 2. *Decalogi, c.* 10. *n.* 22. *Suarez de fide diſp.* 20. *ſect.* 2. *n.* 11. *Filliucius tract.* 22. *cap.* 7. *n.* 203. Sic etiam non comprahenduntur in Bulla Cœnæ legentes libros Catholicorum, in quibus ſunt inſerti hæreticorum errores, vel in quibus ſint ſcholia, aut annotationes hereticorum, etiamſi legant animo imbibendi errores; quandoquidem iſti non ſunt libri hereticorum. *Suarez loc. cit. num.* 10. Etiamſi, ſuppoſito quod ſint prohibiti, incurrant excommunicationem Indicis, nemini reſeruatam.

5 Sequitur ſecundò, legentem epiſtolam hęretici continentem hereſim non incurrere, quia non eſt liber: quod ſi legat epiſtolam dedicatoriam. vel ad lectorem, vel pręfactionem in libro hęretici incurret, quia hęc partes ſunt libri, Sic *Filliuccius loc. cit.*

6 Tertiò ſequitur, probabilius eſſe dari paruitatem materiæ, ita vt non incurratur excommunicatio Bullæ Cœnę à legente pauca verba ſecundum *Azorium*; vel decem lineas *Secundum Sayrum*; vel vnam paginam, ſecundum Sanchez, *n.* 31. hoc tamen non probatur *Bonacinæ, tom.* 3. *de Cenſuris in particulari diſp.* 1. *quæſt.* 2. *punct.* 4. *num.* 14. *maximè ſi pagina grandior ſit. Caſtrus Palaus loc. cit. n.* 5.

7 Sequitur quartò, ſi liber ſit hæretici, etiã ſi vnam ſolam hæreſim contineat, inducit excommu-

municationem legenti;at si exprofesso de Religione nō tractet,nō incurret eum legens. Item libro prohibito etiam ob unam hæresim, in nulla eius parte legendus est: Excōmunicatio enim extenditur etiam ad legentem librum in ea parte, inqua nulla est hæresis. Quod si diuidatur in multos tomos, & vnus ex ijs non contineat hæresim, vel non tractet de Religione, legi poterit absquè incursu huius excommunicationis. Ita *Sanchez. loc. cit. num.* 34.35.*&* 36.*Filliucius loc. cit.n.*204

8. Ille autem liber dicitur de Religione tractare, in quo ex professo, & non tantum incidenter,seu obiter, disseritur de re Sacra, vt de Scriptura, de articulis fidei, de rebus ad cultum Dei, vel Sanctorum Spectantibus, vel de Theologia scolastica, secùs si de historia, vel philo ophia, sic *Bonacina loc. cit. punct.* 4. *num.* 22. *Castrus* Palaus. §. 1. *num.* 7. *Fagundez in primum præceptum Decalogi. lib.* 1. *c.*14.*n.*16.

9 Sequitur quintò, Ignorantiam non modò probabilem, sed etiam crassam, & affectatam excusare ab incursu huius censuræ, quia requiritur,vt scienter legatur, retineatur, &c. nisi accederet Ignorantia illa ad temeritatem magnam, & vehementem suspicionem habuisset malitiæ libri. *Castrus Palaus.* §. 2. *num.*1. Quod si ignoret librum continere hęresim, vel de Religione tractare, etiamsi sciret esse hæretici, non incurreret, quia vtrumque illorum requiritur; Satis autem est visu percurrere, etiamsi nulla verba proferantur, vt ex alijs docet *Sanchez à*

num.

num. 38. *Bonacina num* 11. *Filliucius n.*205.

10 Sequitur sextò, Catholicos in locis etiam vbi hæreses vigent, etiamsi ibi Tridentinum, nec Bulla Cœnę promulgata sint, teneri ad non legendum libros hęreticorum, alioquin incident in excommunicationem. Si sciant eam receptam esse apud catholicos. *Filliucius. n.*206.

11 Sequitur Septimò, audientem, siuè sit causa lectionis, siuè non, excusari, quia verè nó legit; qui verò legit, etiamsi sit famulus, & legat iussu Domini, incurrit, nisi graui metu excusaretur. *Sanchez num.* 48. & 49. *Bonacina num.* 11. qui illud de metu limitat, nisi metus sit incussus iu contemptum fidei, vel Ecclesiæ.

12 Qui legerit librum hæretici scriptum lingua, quam non intelligit, non incurrit: quia attento fine legis, prohibita est lectio non exterior, & materialis, quæ solum verba profert, sed formalis, quæ sensum verborum intelligit; quia hæc sola est lectio propria. *Sanchez num.* 34. *Filliucius num.* 206. *Castrus Palaus.* §. 2. *n* 2. quamuis *Bonacina. num.* 13. contrarium sentiat, sed aduersùs eum stat communis Sententia Doctorum.

13 Sequitur octauò, retinentem, siuè in domo sua, siuè in aliena incurrere, etiamsi non animo legendi, sed curiositatis, vel ornatus Bibliotechæ, vel etiam ad confutandos errores sine periculo peruersionis retineat, incurritur tamen censura, & suspicio hæresis *Pegna in Addictionibus ad Directorium Inquisitorum secunda*

da par. Com. 3. ad cap. fraternitas, de hæreticis. Farin. de hæres. qu. 180 n. 39. & 40. Suarez de fide disp. 20. cit sect. 2. num. 21. Ad Inquisitorem deferendi sunt ex Bulla *Iulij*. III. *Cum meditatio.*

14 Comburens propria authoritate libros prohibitos, vel donans habenti facultatem eos retinendi, quamuis non incurreret excommunicationem Bullæ Cœnę; quia verè non retineret: incurrit tamen censuram latam in *Bulla Iulij* III. *Castrus Palaus loc. cit. §. 3 num. 12. Bonacina disp. cit. num.* 181. *Fagundez in* 1. *praeceptum Decalogi lib.* 1. *c.* 14. *num.* 30. Non erit verò suspectus de heresi. *Sousa in Aphoris. Inquisit. lib.* 1. *c.* 21. *n.* 30.

15 Sequitur nonò, licentiam Episcopi, aut Inquisitoris non sufficere, vt huiusmodi libri legi possint; sed à Papa debere esse, qui solus hanc licentiam dare potest. *Sanchez. num.* 43. *& sequentibus. Suarez dicta quæst.* 2. *n.* 27. vbi etiam latè probat hanc licentiam non posse concedi à Collegio Cardinalium, sede vacante; patet ex verbis *Bullæ Cœnæ*, tum ex *Bulla Iulij* III. *quę incipit, Cum meditatio*, & refertur à *Pegna in fine Directorij Inquisitorum inter Bullas Apostolicas. fol. mihi.* 105. *& Pij. IV.* quę incipit, *Cum pro munere, in eodem Directorio, folio mihi* 129 quibus reuocantur omnes facultates Episcopis, Archiepiscopis, Primatibus, Patriarchis, Cardinalibus, & alijs quibuscumque personis concessas, exceptis Inquisitoribus, & Commissarijs à sede Apostolica deputatis. Quod tamen limitandum etiam est in Regnis Hispaniarum, vbi so-

ſolum Inquiſitor Generalis habet poteſtatem legendi libros hæreticorum, & cui ipſe commiſerit, non alius; conſtat ex *Bulla Pauli.V.* & appoſita *in principio Expugatorij*. Ita *Caſtrus Palaus loc. cit. punct.* 10. §. 3. *num.* 4. *Diana* 4. *p. tract.* 8. *reſolut.* 46. *verſu, notandum eſt tamen.* Multa alia ad hanc excommunicationem pertinentia Vide apud citatos Authores.

16 Sed nunc quæri poteſt primò ad quem ſpectat cognitio huius criminis, & quis ſit Iudex contra retinentes, & legentes libros prohitos? pro quare.

Dicendum eſt primò, legentes, vel retinentes libros, qui prohibiti ſunt ob hæreſim, vel ſuſpicionem falſi dogmatis, ſubdi Iudicio Dominorum Inquiſitorum hereticę prauitatis; probatur ex verbis expreſſis *Bullæ* Pij IV. *Incipit Domini ci gregis*, ibi: *Si qs autē aduerſus eas regulas pro hibitionemque fecerit, is quidem, qui hæreticorum libros, vel cuiuſuis Authoris ſcripta, propter hæreſim, vel falſi Dogmatis ſuſpicionem damnata, atquè prohibita legerit, habuerituè, ipſo iure in excommunicationis pœnam incidat, eamquè ob cauſam in eum, vti de hæreſi ſuſpectum inquiri, & procedi liceat &c.* Vnde cum ſoli Inquiſitores punire poſſint reos, vti de hæreſi ſuſpectos, ad ipſos quoque dumtaxat ſpectabit, huiuſmodi criminis animaduerſio, & cognitio.

17 Dicendum ſecundò, legentes, & retinentes libros Aſtrologię Iuridiciariæ, Geomantiæ, Hydromantiæ, Aeoromantiæ, Pyromantię Necromātię &c. & alios, qui de futuris contingē-

tibus

tibus,fortuitisquè casibus,& liberis tractāt,aut in quibus sortilegia continentur,ab Inquisitoribus, & Ordinarijs locorum puniendos esse; constat ex *Bulla Sisti. V. contra Astrologos Iudiciarios, quæ est constitutio.* 17. *eiusdem Pontificis, quæ incipit, cœli, & Terræ Creator* §. 4.

18 Dicendum Tertiò, retinentes, & legentes libros, ex alijs causis prohibitos, puta ob obscęnitates, vel contra bonos mores, puniendos esse ab Ordinarijs Ecclesiasticis, & etiam ab Inquisitoribus De Ordinarijs. patet ex *Bulla Pij IV.* superius allata, vbi sic habetur. *Qui verò libros alia de causa prohibitos legerit, habueritue preter peccati Mortalis reatum Episcoporum arbitrio seuerè, se nouerit puniendum.* Ad quod etiam facit *regula.* 7. *Indicis, &* 10. *in* §. *finali;*

De Inquisitoribus etiam probatur, quòd procedere possint contra huiusmodi reos, ex decis. Supræmę, & Generalis Romanę Inquisitionis, quę determinauit, quòd Inquisitores sunt Iudices etiam contra retinentes libros prohibitos ob res lasciuas, & contra bonos mores: & constat ex litteris conscriptis Reuerendissimo Inquisitori Cræmonæ per *Eminentissimum tunc Cardinalem Mellinū sub die. 6. Februarij.* 1627. vt refert *Cæsar Carena Consultor, & Aduocatus fiscalis Inquisitionis Cremonę, tract. de modo procedendi in causis Sancti Officij. p.* 2. *tit.* 10. §. 2 *num.* 19.

19 Queritur secundò, an retinens libros prohibitos, & damnatos sit habendus pro hę-

hęretico, an verò tantum pro suspecto de hæresi?

Et quantum ad libros hęreses continentes, aliqui Iuris consulti non vulgaris nominis existimarunt, huiusmodi retentorem librorum hęresim continentium esse hęreticum, atque pro hæretico habendum. Ita docuerunt *Archidiaconus in cap. filij antè n. 1. versu, & nota, quod in crimine hæreseos de hęreticis in 6. & in cap. sanè proferetur. 24. quæst. 2. in principio, vers. sed quandò, Ioann. de Anania in cap. Si quis Episcopus. n 5. vers. in Glossa finali, extra de hæreticis., & num. 6. vers. & sic patet*, & alii relati *per Pegnam in Addictionibus ad Directorium* I*nquisitorum p. 2. com. 3. ad cap. fraternitatis extra de hæreticis vers. ex supra dictis, & per Farinacium de hæresi quæstion.* 180.*n.* 34.

20 Sed contraria sententia probabilior, & verior tenenda est, quòd tales detentores horum ibrorum, ex hoc solum non iudicantur hæretici, licet verissimè de hæresi sint suspecti. Constat hoc ex *Bulla Pij. IV.* superius allata. Vbi expresse dicitur: *Eamquè ob causam in eum, uti de hæresi suspectum inquiri*; Atque ita sentiunt *Pegna loc. cit. vers. horum tamen sententia*: Dacianus, *cap.* 46. *num.* 26. *in tract. criminal. tom.* 1. *lib.* 5. *Farinacius loc. cit. num.* 33 alios referens. *Ludouicus à Paramo de Origine Sancta Inquisitionis lib.* 3. *quæst.* 9. *num.* 147. *& sequentibus.. Azeuedius ad regias Hispan. constit. lib.* 1. *tit.* 7. *L.* 17. *num.* 16. *Sanctarellus de hæresi cap.* 41. *dub.* 3. *num.* 5. *vers. septimo*

sunt

sunt suspecti, *Duardus ad Bullam Cœnæ lib. 2. can. 1. quæst. 51. n. 21. & sequentibus. Genuensis in praxi Curiæ Archiepiscopalis Neapolitan. cap. 18. n. 12. Carena tit. 10. §. 3. n. 23. Diana. 4. p. tract. 7 resolut. 6.*

21 Sed tamen limitanda est conclusio, nisi quis pœnes se librum haberet à se compositum, in quo ex professo hereses continerentur, & Catholicæ veritates ex instituto oppugnarentur; in tali enim casu huiusmodi detentor, vti hæreticus esset habendus, & condemnandus; vt optimè animaduertit *Pegna loc. cit. alios etiam laudans, & Farinacius de hæresi quæst.* 80. *num* 16. *&* 17. Vide etiam *Repertorium Inquisitorum verbo, libri*, *Delrius, lib. 5. disquisit. Magicarum, sect.* 17. Idem etiam sentiendum esset si cum retentione concurrent aliquæ vrgentissimæ coniecturæ. *Farinacius ibidem num.* 35. *Duardus loc. cit. n.* 24.

22 Sed dubitari potest quænam suspicio de hæresi oriatur contra retinentes libros prohibitos, de leui, an verò de vehementi? *Zuchinus de hæreticis cap. 7. n. 7. Reportorium Inquisitorum loc. cit. Locatus, verb. libri. Delrius lib. 5. sect.* 17. existimarunt, ex huiusmodi retentione librorum hæreticorum, vel ob heresim prohibitorum, vehementem oriri hæresis suspicionem, contra detinentem.

At verò *Decianus tract, crimin. lib. 5. cap. 46 num. 26 vers. aut vero apparet*. opinatus est leuem tantùmmodo suspicionem oriri, ex dicta detentione.

Sed

23 Sed tamen verius, statuendum est, hoc Iudicis arbitrio considerandum esse, ac determinandum, perpensis, & consideratis omnibus circumstantijs: & qualitatibus; quandoquidem si inconsideraté retinuerit, vel legerit librum prohibitum, si parum, & semel, si repræhendenti statim obtemperauerit, si incuntanter, ac nouit librum esse prohibitum, Inquisitoribus fidei illum detulit; si solicitè absolutionem quæsiuit; is leuiter tantummòdo suspectus est habendus. Si veró studiosè pœnes se libum hæretici, vel pro hæresi prohibitum retinuerit, totumque legerit, aut sæpius, si diligenter inquirat, vnde tales libros habere possit, ex longinquis Regionibus sibi deferri nititur; in tali casu is erit, absque dubio, de vehementi suspectus de hæresi, sic *Carena tit.* 10. *cit.* §. 4. *num.* 26.

24 Denique animaduertendum est, quod si huiusmodi libri reperti fuerint pœnes heredem, qui non dum omnes angulos domus hereditariæ lustrauerit, vtique talis nullam contrahet hæresis suspicionem. Ita latissimè docuerunt *Pegna com. 3. cit. versu. vt ergo gradus. Farinacius de hæresi quæst.* 180. *num.* 9. *alios referens; Genuensis cap.* 18. *cit. num.* 12. *Menochius de presumpt.* 6. *num.* 18. *Paramus de Origine Sanctæ Inquisit. lib.* 8. *qu.* 9. *n.* 148. *Azeued. ad Regias* Constitut. *Hispan. lib.* 1. *tit.* 7. *L.* 27. *num.* 18. *Carena tit.* 10. §. 4. *num.* 27. *qui alios etiam laudat.*

25 Sed querendum est, vlterius, an preter legentes, & retinentes libros hereticorum, sint

alij casus, in quibus eadem heresis suspicio locum habeat?

Et respondetur affirmatiuè. Primò scriptores horũ librorũ prohibitorũ sunt de heresi suspecti, ad eum planè modum, quo retentores. *Sic Riminal. Iun. Consil.* 414. *num.* 21. *& sequentibus. Pegna. par. secunda in Directorio Inquisit. Com.* 17. *versu; sed quæ erit pœna. &c.* Vbi ait; quòd si scienter eos libros trãscribunt, vti fautores hæreticorum puniuntur; sic etiam *Azorius, tom.* 1. *Institut. Moralium lib.* 8. *c.* 17. *quæst.* 5. *Farinacius de hæresi, quæst.* 180. *n.* 18. *Carena loc. cit.* §. 5. *n.* 28.


26 Secundò, asportantes hæreticorum libros ex hæreticis Prouincijs ad Catholicos, sunt de heresi suspecti. Ita *Azorius loc. cit. quæst.* 6. *dum modo tales asportantes sciant, se libros* hereticorum deferre; secus verò si illos asportarent in fasciculis inclusos, nescientes quid ibi contineatur: quia tunc omnis heresis suspicio cessare, t. *Pegna com.* 17 *cit. versu* ceterum inscriptores. Farinacius loc. cit. num. 15. Carena loco citato. num. 29.

27 Tertiò, corrumpentes libros catholicos, & inter catholicas doctrinas dogmata heretica commiscentes, eodem modo sunt de heresi suspecti. *Pegna loc. cit. versu Deniquè*: *Farinacius. n.* 14. *Carena. n* 30.

28 Quartò, *I*mpressores librorũ hæreticorũ, si nouerint illos esse hœreticos, eamdem suspicionem incurrunt, de qua re, & de pœnis huiusmodi impressorum, vide *Bullam Leonis. X*. *in-*

incipientem exurgere, Domine; versu, Inbibemus prætereà; relatam per *Pegnam post Directorium inter litteras Apostolicas pro Sancto Officio, folio, mihi.* 90. & aliam *Bullam, Pij. IV. quæ incipite, cum pro munere, ibidem editam, folio, mihi.* 129. & *quoddam decretum Eminentissimorum Cardinalium Supremorum Inquisitorum, emanatum, anno.* 1543. *relatum à Pegna ibidem, folio.* 112. vide etiam *Pegnam com. cit. ferè per totum. Sanchez lib.* 2. *Decalogi, cap.* 10. *num.* 57. *Farinacium loco citato. num.* 19. & *Carenam, loco citato num.* 31. *qui etiam animaduertit, quòd in istis gradus suspicionis dignoscendus est, consideratis circumstantis, & qualitatibus. vt suprà.*

†



DE POENITENTIBVS NON ADIMplentibus POENITENTIAS AB INQVISITOribus impositas.

Caput XXXIII.

1 CONtra pœnitentem, & Ecclesię reconciliatnm, iniuncta sibi pœnitentia, si eam non adimpleat, procedere, & inquirere possunt Domini Inquisitores, sic *Eymericus in Directorio* I*nquisit: par.* 3. *quæst.* 47. & ibi *Pegna in Additionibus com.* 146. *versu Et quantum ad primam*, Simanchas *de Catholicis Institut: tit.* 48. *rubr: de pertinacibus num.* 29. *&* 30. (repobatis *Decio consil:* 137. *& Probo ad Monachum in cap. præsidentes de hæreticis in 6.*) *Farinacius de hęresi, quæst.* 193. *num.* 123. alios referens, *Bariola in floribus in Directorium Inquisitorum*

3. *par.*

3. *part. & Com.* 146. *Diana.* 4. *p. tract.* 7. *resolut.* 14. *Carena.* 2. *part. tit.* 2. *§.* 4. *num.* 16. Et ratio est, quia, vt inquit Bariola, malè videtur de fide sentire non adimplens id, ad quod se iureiurando obligauit.

2 Hinc non est admittendum, quod voluit *Decius in tract. criminali, lib.* 5. *c.* 54. *num.* 40. *qui* ait, non subdi iudicio Inquisitorum eum, qui non adimplet pœnitentiam, ob fragilitatem carnis; secus si ob malitiam, vtpotè putans se non teneri, vel existimans verum credidisse; vel quòd Inquisitores eam potestatem non habuerint, pœnitentiam iniungendi: & sic concludit, quod data malitia non adimplentis, possit Inquisitor procedere; secus non data malitia; sed siuè quis pœnitentiam non adimpleuerit ex malitia, vel ex fragilitate carnis; non nisi Inquisitores cognoscere possunt: ideò simpliciter statuendum est, contra pœnitentias non adimplentes, Dominos Inquisitores procedere posse; & ipsi, an non adimplentem pœnitentiam punire debeant tamquam hereticum, ex qualitate malitiæ existentis, vel deficientis, arbitrabuntur ita *Farinacius loc. cit.*

3 Qualis autem suspicio contra fidem oriatur ex hoc delicto? *Diana loc. cit.* ait non leuem fidei suspicionem oriri; *Carena vero. num.* 23. asserit, ex non obseruantia pœnitentiæ iniunctæ, siuè non obseruantia consistat in omittendo, siuè in committendo, quod oritur vehemens suspicio *Denique Repertorium Inquisitorum, verbo, Carcer*, contendit, quod oriatur Violenta Suspicio;

sed tamen existimo, quod hæc suspicio, ex circumstantijs personæ, ac ex qualitate non obseruantiæ pœnitentiæ erit iudicanda leuis; vel vehemens.

4 Dubitari autem potest, an fugiens ex carcere, sibi pro pœnitentia assignato, habendus sit pro relapso, nec ne? In qua re *Zachinus de hæreticis. c.* 10. *num.* 4. *versu de eo vero, & num.* 5. & ibi *Campegius in Addict. lit.* C. *in verbo. Detrusus*, & alij, quos citant *Farinacius, quæst. cit. num.* 134. *& Diana loc. cit.* putant fugientem è carcere, habendum esse pro relapso. Vide etiam *Ioannem Royas sing.* 173. *num.* 3. vbi ait, quòd relapsus dicitur, & pœnâ relapsorum puniendus est, qui non adimplet pœnitentiam sibi iniunctam per *Inquisitores*, sic ille alios etiam referens.

5 Contraria tamen communior, & probabilior sententia est tenenda, quam sequitur *Simanchas de catholicis Institutionibus titut.* 16. *n.* 24. *&* 25. vbi oppositam opinionem vocat crudelem, & falsam, nulloque iure, aut vrgenti ratione probatam. *Sic* etiam *Pegna dicto Com.* 146. *vers. sed altera quæstio, &* plures alij, quos laudat, & sequitur *Farinacius loc. cit. num.* 135. *Diana loc. cit. vers. sed his non obstantibus, Bariola loc. cit. Carena loc. cit. num.* 18. & etiam *Royas* sibi contrarius *tract. de hæreticis. p.* 2. *assertione.* 41. *num.* 333. qui omnes existimant fugientem ex carcere, pro pœnitentia assignato, non reputandum esse relapsum, sed vt impenitentem. Et ita in praxi seruari in supremo Tribunali Ro-

mæ

mane Inquisitionis refert *Farinacius loco citato*.

6 Et ratio pôt esse,q̃ adducit *Simanchas citatus*, quia relapsus non est, nisi qui in heresim labitur; at fugiens è carcere nullam heresim fuga committit; *Igitur* relapsus non est. Vnde iste fugiens, si compareat, potest ad pœnitentiam admitti, aliqua alia pœnitentia *Iniuncta*, *Pegna dicto Com. 146. vers. Itaquè quàmdiu, Farinacius loc. cit & alij*.

7 Limitanda verò est hec sententia, in non adimplente pœnitentiam, aliquid etiam committendo, in quod incidentes à Iure relapsi putantur; vt, hereticos acceptare, visitare, associare, donare, fauorem impendere: Hi namque nõ modo impœnitentes, sed relapsi iudicabũtur; Ius enim presumit delinquentes hec agere ex consequentia erroris, à se prius approbati. Ita *Bariola loc. cit. Sousa in Aphoris. Inquisit. lib. 3. c. 29. n. 9*.

8 De non adimplentibus pœnitentias, & nihil aliud committentibus, par est ratio, ac de fugientibus ex Carcere, quòd impœnitentes magis sunt dicendi, quam relapsi, ex *Pegna. Farinacio, & simancha, locis cit.*

9 Item, que de fugiente è Carcere, sibi pro pœnitentia assignato, dicta sunt, extendi etiam debent ad fugientem è carcere, ad custodiam sibi destinato; nam fugiens ex hoc carcere, pendente processu, si honestior sit, diligentius custodiendus, & durius puniendus; si verò sit vilis, fustibus cedendus, atquè ita in praxi seruari,

testatur. *Simanchas tit. 16. num. 23.* quem sequitur *Farinacius quæst. 193. num. 138.* Quod si comprehendi nequeat, tunc contra talem fugientem proceditur vti confessum, & impœnitentem. *Simanchas* vbi supra, *& in Enchiridion tit. 26. num. 5. Royas de hæreticis. p. 2. num. 185. Ludouicus à Paramo de origine Sanctæ Inquisit. lib. 3. quæst. 4. de ordine procedendi num. 72.* Vide etiam de hac re Constitutionem *Pij V. si de protegendis, vers. Quinè carcerem. relatam per Pegnam in fine Directorij inter Bullas Apostolicas, pro officio S. Inquisit. fol. mihi 137.*

10 Qui verò, in carcere pro heresi detentus, se ipsum occiderit, eius tamquam impœnitentis Imago relaxanda est, Ità *Ioannes Royas de hæreticis. p. 2. assertione 14.* Quam assertionem ampliat, etiamsi delictum suum reus confessus fuisset, & se pœnitere affirmauerit. *cap. Iudas C. nihil de pœnitentia, dist. 3.* hoc verborum tenore: *nihil Iudæ profuit egisse pœnitentiam, per quam scelus corrigere non potuit.* Probat etiam *Royas* multis iuribus *L. 3. §. 1. ff. de bonis eorum, qui antè sent. mortem sibi consciss. Glos. sing. vbi Bart. in L. fin. C. de Iure fisci lib. 10.* Verum aduertit ex *Couaruuia*, quòd heredes possunt Innocentiam rei purgare, quòd furore, vel mētis alienatione, defunctus se occidit, quod sanè probationis genus difficillimum esse, arbitratur idem *Royas.*

11 Difficultas hic oritur, num aliquis possit se sub relapsi pœna obligare ad pœnitentiam peragendam? Et respondetur negatiuè ex com-

muni sententia. Ratio est; quia nullus est Dominus membrorum suorum, nisi quatenus Leges permittunt. *L. liberhomo. ad L Aquileam. Ita Pegna dict. Comen. 146. versu, & quamuis &c. Hippolitus Riminal. lib. 2. Consil. 150. num. 6. 7. & 35. Thomas Triuisanus, lib. 2. decis. crim. 38. Diana loc cit. Carena, num. 24.* alios laudans.

12 Qui verò, iniunctas pœnitentias non modo non adimplet, sed animo indurato adimplere recusat, velut impœnitens est iudicandus, & nisi resipiscat, tradendus est Curię Seculari. Idem iudicium est de eo, qui pœnitentiam impositam, propter heresim probatam, recipere renuit. *Ita Pegna dic. Com. 146. vers. cæterum & c. Farinacius de hæresi quæst. 193. §. 7. n. 140. Sousa in Aphoris.* Inquisit. *lib. 3. c. 29. n. 7. Diana. loc. cit.* & alij.

13 Item abiurare nolentes habentur pro conuinctis, & Curię sęculari tradendi, ex Constitutione *Martini V. quę habetur inter Bullas Apostolicas, relatas à Pegna in fine Directorij pagina mihi 69.* Quod intelligendum est de eo, qui est de heresi confessus, vel conuictus quique abiurationem de formali facere recusat. *Simanchas de catholicis Institutionibus, tit. 1. num. 25. Paramus de origine Sanctę Inquisitionis, lib. 3. quæst. 4. de expedit. processus n. 23. Farinacius quæst. 194. num. 34.* Si verò abiurare recusans est de heresi suspectus tantummòdo de vehementi, vel de leui; tunc non est statim relaxandus, sed ptius excommunicandus; quod si indicta excommunicatione, ex causa fidei lata;

per

testatur. *Simanchas tit.* 16. *num.* 23. quem sequitur *Farinacius quæst.* 193. *num.* 138. Quod si comprehendi nequeat, tunc contra talem fugientem proceditur vti confessum, & impœnitentem. *Simanchas* vbi supra, *& in Enchiridion tit.* 26. *num.* 5. *Royas de hæreticis. p.* 2. *num.* 185. *Ludouicus à Paramo de origine Sanctæ Inquisit. lib.* 3. *quæst.* 4. *de ordine procedendi num.* 72. Vide etiam de hac re Constitutionem *Pij V. si de protegendis, vers. Quiuè carcerem. relatam per Pegnam in fine Directorij inter Bullas Apostolicas, pro officio S. Inquisit. fol. mihi* 137.

10 Qui verò, in carcere pro heresi detentus, se ipsum occiderit, eius tamquam impœnitentis Imago relaxanda est, Ità *Ioannes Royas de hæreticis. p.* 2. *assertione* 14. Quam assertionem ampliat, etiamsi delictum suum reus confessus fuisset, & se pœnitere affirmauerit. *cap. Iudas C. nihil de pœnitentia, dist.* 3. hoc verborum tenore: *nihil Iudæ profuit egisse pœnitentiam, per quam scelus corrigere non potuit*. Probat etiam *Royas* multis iuribus *L.* 3. *§.* 1. *ff. de bonis eorum, qui antè sent. mortem sibi consciss. Glos. sing. vbi Bart. in L. fin. C. de Iure fisci lib.* 10. Verum aduertit ex *Couaruuia*, quòd heredes possunt Innocentiam rei purgare, quòd furore, vel mẽtis alienatione, defunctus se occidit, quod sanè probationis genus difficillimum esse, arbitratur idem *Royas*.

11 Difficultas hic oritur, num aliquis possit se sub relapsi pœna obligare ad pœnitentiam peragendam? Et respondetur negatiuè ex communi

muni sententia. Ratio est; quia nullus est Dominus membrorum suorum, nisi quatenus Leges permittunt. *L. liberhomo. ad* L *Aquileam. Ita Pegna dict. Comen.* 146. *versu, & quamuis &c. Hippolitus Riminal. lib.* 2. *Consil.* 150. *num.* 6. 7. *&* 35. *Thomas Triuisanus, lib.* 2. *decis. crim.* 38. *Diana loc cit. Carena, num.* 24. alios laudans.

12 Qui verò, iniunctas pœnitentias non modo non adimplet, sed animo indurato adimplere recusat, velut impœnitens est iudicandus, & nisi resipiscat, tradendus est Curię Seculari. *I*dem iudicium est de eo, qui pœnitentiam impositam, propter hęresim probatam, recipere renuit. *Ita Pegna dic. Com.* 146. *vers. cœterum &c. Farinacius de hæresi quæst.* 193. *§.* 7. *n.* 140. *Sousa in Aphoris. Inquisit. lib.* 3. *c.* 29. *n.* 7. *Diana. loc. cit.* & alij.

13 Item abiurare nolentes habentur pro conuinctis, & Curię sęculari tradendi, ex Constitutione *Martini V. quę habetur inter Bullas Apostolicas, relatas à Pegna in fine Directorij pagina mihi* 69. Quod intelligendum est de eo, qui est de hęresi confessus, vel conuictus quique abiurationem de formali facere recusat. *Simanchas de catholicis Institutionibus, tit.* 1. *num.* 25. *Paramus de origine Sanctę Inquisitionis, lib.* 3. *quæst.* 4. *de expedit. processus n.* 23. *Farinacius quæst.* 194. *num.* 34. Si verò abiurare recusans est de hęresi suspectus tantummòdo de vehementi, vel de leui; tunc non est statim relaxandus, sed prius excommunicandus; quod si indicta excommunicatione, ex causa fidei lata,

per

per annum infordueri; tunc erit vt hereticus impœnitens condemnandus; *Eymericus in Directorio p. 2. quæst. 55. num. 15. vers. sed quid agetur*, & ibi *Pegna sub littera. H* *Farinacius loc. citat. num. 35. Sousa in Aphoris. lib. 2. c. 40. num. 16.*

14 Animaduertendum autem est hic, quòd abiurare propriè est: rem aliquam cum iuramento negare; quicumque igitur id, quod prius affirmauit cum iuramento, & maximè in Iudicio, reuocauerit, & cum Iuramento negauerit, abiurasse dicitur. *Farinacius de heresi, quæst. 193. num. 1.* Sed abiurare in delictis, iure canonico, nihil est aliud, quam detestari, & execrari crimen, vt *in cap. Clericos de cohabit: Cleric. in cap. 2. qui Clerici, vel vouentes*. Vndè in proposito, abiuratio detestationem erroris importat, quam Ecclesia, ab antiquissimis temporibus, inuenit, ad ostendendam conuersionem, & satisfactionem de preterito, & in futurum firmitatem illius, qui reconciliandus est. Quamobrem abiuratio sic à Doctoribus definitur: solemnis heresis detestatio, cum assertione catholicę veritatis, & obligatione, Iuramento, & pœna munita permanendi in fide christiana. Sic *Pegna in Addictionibus ad tertiam par. Directorij, de quarto modo terminandi processus com. 40. vers, est autem abiuratio. Royas singulari. 1. n. 3. & 4.* ex mente *textus in cap. ego Berengarius de consecratione dist. 2. cap. quoties, cap. conuenientibus, vbi Glossa, verb. scripto, & cap. Saluberrimũ, c. Ad abolendã, vers. pręsẽti de hæreticis.*

AN

AN TENEANTVR FIDELES OMNES HAERETICOS iudicibus fidei denunciare.

CAP. XXXIV.

1 CVm peccatum hęresis est publicum ; nemini dubium est : teneri omnes, qui notitiam illius habent, denunciare personam, quę illud commisit, *ex cap. qua propter 2. quęst. 7. & cap. 2. de hæreticis*, solum est controuersia, quandò delictum herelis ita est occultum, vt vnus tantum, pręter delinquentem, illius conscius sit. In qua re, sunt qui opinentur talem non esse obligatum denunciationem iudicialem facere. sic *Ioannes Andreas, cap. nouit. de Iudeis*; quem sequitur *Villadiego, tract. de here-*

alij casus, in quibus eadem heresis suspicio locum habeat?

Et respondetur affirmatiuè. Primò scriptores horũ librorũ prohibitorũ sunt de heresi suspecti, ad eum planè modum, quo retentores. *Sic Riminal. Iun. Consil.* 414. *num.* 21. *& sequentibus. Pegna. par. secunda in Directorio Inquisit. Com.* 17. *versu; sed quæ erit pœna. &c.* Vbi ait; quòd si scienter eos libros trãscribunt, vti fautores hæreticorum puniuntur; sic etiam *Azorius, tom.* 1. *Institut. Moralium lib.* 8. *c.* 17. *quæst.* 5. *Farinacius de hæresi, quæst.* 180. *n.* 18. *Carena loc. cit.* §. 5. *n.* 28.


26 Secundò, asportantes hæreticorum libros ex hæreticis Prouincijs ad Catholicos, sunt de heresi suspecti. Ita *Azorius loc. cit. quæst.* 6. *dum modo tales asportantes sciant, se libros* hereticorum deferre; secus verò si illos asportarent in fasciculis inclusos, nescientes quid ibi contineatur: quia tunc omnis heresis suspicio cessare, t. *Pegna com.* 17 *cit. versu* ceterum inscriptores. Farinacius loc. cit. num. 15. Carena loco citato. num. 29.

27 Tertiò, corrumpentes libros catholicos, & inter catholicas doctrinas dogmata heretica commiscentes, eodem modo sunt de heresi suspecti. *Pegna loc. cit. versu Deniquè: Farinacius. n.* 14. *Carena. n* 30.

28 Quartò, *I*mpressores librorũ hæreticorũ, si nouerint illos esse hœreticos, eamdem suspicionem incurrunt, de qua re, & de pœnis huiusmodi impressorum, vide *Bullam Leonis. X.* *in-*

incipientem exurgere, Domine; versu, Inbibemus prætereà; relatam per *Pegnam post Directorium inter litteras Apostolicas pro Sancto Officio, folio, mihi.* 90. & aliam *Bullam, Pij. IV. quæ incipite, cum pro munere, ibidem editam, folio, mihi.* 129. *& quoddam decretum Eminentissimorum Cardinalium Supremorum Inquisitorum, emanatum, anno.* 1543. *relatum à Pegna ibidem, folio.* 112. vide etiam *Pegnam com. cit. ferè per totum. Sanchez lib.* 2. *Decalogi, cap.* 10. *num.* 57. *Farinacium loco citato. num.* 19. *& Garenam, loco citato num.* 31. *qui etiam animaduertit, quòd in istis gradus suspicionis dignoscendus est, consideratis circumstantis, & qualitatibus. vt suprà.*

†



DE POENITENTIBVS NON ADIMplentibus POENITENTIAS AB INQVISITOribus impositas.

Caput XXXIII.

1 CONtra pœnitentem, & Ecclesię reconciliatnm, iniuncta sibi pœnitentia, si eam non adimpleat, procedere, & inquirere possunt Domini Inquisitores, sic *Eymericus in Directorio* I*nquisit: par. 3. quæst.*47. & ibi *Pegna.in Addictionibus com.* 146. *versu Et quantum ad primam*, Simanchas *de Catholicis Institut: tit.* 48. *rubr: de pertinacibus, num.* 29. *&* 30. (repobatis *Decio consil:* 137. *& Probo ad Monachum in cap. præsidentes de hæreticis in 6.)Farinacius de hęresi, quæst.* 193. *num.* 123. alios referens, *Bariola in floribus in Directorium Inquisitorum*

3.*par.*

3. *part. & Com.* 146. *Diana.* 4. *p. tract.* 7. *resolut.* 14. *Carena.* 2. *part. tit.* 2. *§.* 4. *num.* 16. Et ratio est, quia, vt inquit Bariola, malè videtur de fide sentire non adimplens id, ad quod se iureiurando obligauit.

2 Hinc non est admittendum, quod voluit *Detius in tract. criminali, lib.* 5. *c.* 54. *num.* 40. *qui* ait, non subdi iudicio Inquisitorum eum, qui non adimplet pœnitentiam, ob fragilitatem carnis; secus si ob malitiam, vtpotè putans se non teneri, vel existimans verum credidisse; vel quòd Inquisitores eam potestatem non habuerint, pœnitentiam iniungendi: & sic concludit, quod data malitia non adimplentis, possit Inquisitor procedere; secus non data malitia; sed siuè quis pœnitentiam non adimpleuerit ex malitia, vel ex fragilitate carnis; non nisi Inquisitores cognoscere possunt: ideò simpliciter statuendum est, contra pœnitentias non adimplentes, Dominos Inquisitores procedere posse; & ipsi, an non adimplentem pœnitentiam punire debeant tamquam hereticum, ex qualitate malitiæ existentis, vel deficientis, arbitrabuntur ita *Farinacius loc. cit.*

3 Qualis autem suspicio contra fidem oriatur ex hoc delicto? *Diana loc. cit.* ait non leuem fidei suspicionem oriri; *Carena vero. num.* 23. asserit, ex non obseruantia pœnitentiæ iniunctæ, siuè non obseruantia consistat in omittendo, siuè in committendo, quod oritur vehemens suspicio *Denique Repertorium Inquisitorum, verbo, Carcer*, contendit, quod oriatur Violenta Suspicio;

ſed tamen exiſtimo, quod hæc ſuſpicio, ex circumſtantijs perſonæ, ac ex qualitate non obſeruantię pœnitentię erit iudicanda leuis, vel vehemens.

4 Dubitari autem poteſt, an fugiens ex carcere, ſibi pro pœnitentia aſſignato, habendus ſit pro relapſo, nec ne? In qua re *Zachinus de hæreticis. c.* 10. *num.* 4. *verſu de eo vero, & num.*5. & ibi *Campegius in Addit. lit.* C. *in verbo Detruſus*, & alij, quos citant *Farinacius, quæſt. cit. num.* 134. *& Diana loc cit.* putant fugientem è carcere, habendum eſſe pro relapſo. Vide etiam *Ioannem Royas ſing.* 173. *num.* 3. vbi ait, quòd relapſus dicitur, & pœna relapſorum puniendus eſt, qui non adimplet pœnitentiam ſibi iniunctam per *Inquiſitores*, ſic ille alios etiam referens.

5 Contraria tamen communior, & probabilior ſententia eſt tenenda, quam ſequitur *Simanchas de catholicis Inſtitutionibus titut.* 16. *n.* 24. *&* 25. vbi oppoſitam opinionem vocat crudelem, & falſam, nulloque iure, aut vrgenti ratione probatam. *Sic* etiam *Pegna dicto Com.* 146. *verſ. ſed altera quæſtio, &* plures alij, quos laudat, & ſequitur *Farinacius loc. cit. num.* 135. *Diana loc. cit. verſ. ſed his non obſtantibus, Bariola loc. cit. Carena loc. cit. num.* 18. & etiam *Royas* ſibi contrarius *tract. de hæreticis. p.* 2. *aſſertione.* 41. *num.* 333. qui omnes exiſtimanr fugientem ex carcere, pro pœnitentia aſſignato, non reputandum eſſe relapſum, ſed vt impœnitentem. Et ita in praxi ſeruari in ſupremo Tribunali Ro-

ma

mane Inquisitionis refert *Farinacius loco citato*.

6 Et ratio pôt esse,q̃ adducit *Simanchas citatus*, quia relapsus non est, nisi qui in heresim labitur; at fugiens è carcere nullam heresim fuga committit; *Igitur* relapsus non est. Vnde iste fugiens, si compareat, potest ad pœnitentiam admitti, aliqua alia pœnitentia Iniuncta, *Pegna dicto Com.146.vers. Itaquè quàmdiu, Farinacius loc. cit & alij.*

7 Limitanda verò est hec sententia, in non adimplente pœnitentiam, aliquid etiam committendo, in quod incidentes à Iure relapsi putantur; vt, hereticos acceptare, visitare, associare, donare, fauorem impendere: Hi namque nō modo impœnitentes, sed relapsi iudicabūtur; Ius enim presumit delinquentes hec agere ex consequentia erroris, à se prius approbati. Ita *Bariola loc. cit. Sousa in Aphoris. Inquisit. lib.3. c.29.n.9.*

8 De non adimplentibus pœnitentias, & nihil aliud committentibus, par est ratio, ac de fugientibus ex Carcere, quòd impœnitentes magis sunt dicendi, quam relapsi, ex *Pegna. Farinacio, & simancha, locis cit.*

9 Item, que de fugiente è Carcere, sibi pro pœnitentia assignato, dicta sunt, extendi etiam debent ad fugientem è carcere, ad custodiam sibi destinato; nam fugiens ex hoc carcere, pendente processu, si honestior sit, diligentius custodiendus, & durius puniendus; si verò sit vilis, fustibus cedendus, atque ita in praxi seruari,

testatur. *Simanchas tit. 16. num.* 23. quem sequitur *Farinacius quæst.* 193. *num.* 138. Quod si comprehendi nequeat, tunc contra talem fugientem proceditur vti confessum, & impœnitentem. *Simanchas* vbi supra, *& in Enchiridion tit.* 26. *num.* 5. *Royas de hæreticis. p.* 2. *num.* 185. *Ludouicus à Paramo de origine Sanctæ Inquisit. lib.* 3. *quæst.* 4. *de ordine procedendi num.* 72. Vide etiam de hac re Constitutionem *Pij V. si de protegendis, vers. Quiuè carcerem. relatam per Pegnam in fine Directorij inter Bullas Apostolicas, pro officio S. Inquisit. fol. mihi* 137.

10 Qui verò, in carcere pro heresi detentus, se ipsum occiderit, eius tamquam impœnitentis Imago relaxanda est, Ita *Ioannes Royas de hæreticis. p.* 2. *assertione* 14. Quam assertionem ampliat, etiamsi delictum suum reus confessus fuisset, & se pœnitere affirmauerit. *cap. Iudas C. nihil de pœnitentia, dist.* 3. hoc verborum tenore: *nihil Iudæ profuit egisse pœnitentiam, per quam scelus corrigere non potuit.* Probat etiam *Royas* multis iuribus *L.* 3. *§.* 1. *ff. de bonis eorum, qui antè sent. mortem sibi consciss. Glos. sing. vbi Bart. in L. fin. C. de Iure fisci lib.* 10. Verum aduertit ex *Couaruuia*, quòd heredes possunt Innocentiam rei purgare, quòd furore, vel mẽtis alienatione, defunctus se occidit, quod sanè probationis genus difficillimum esse, arbitratur idem *Royas.*

11 Difficultas hic oritur, num aliquis possit se sub relapsi pœna obligare ad pœnitentiam peragendam? Et respondetur negatiuè ex communi

muni sententia. Ratio est; quia nullus est Dominus mebrorum suorum, nisi quatenus Leges permittunt. *L. liberhomo. ad* L *Aquileam. Ita Pegna dict. Comen.* 146. *versu*, *&* *quamuis &c. Hippolitus Riminal. lib.* 2. *Consil.* 150. *num.* 6. 7. *&* 35. *Thomas Triuisanus, lib.* 2. *decis. crim.* 38. *Diana loc cit. Carena*, *num.* 24. alios laudans.

12 Qui verò, iniunctas pœnitentias non modo non adimplet, sed animo indurato adimplere recusat, velut impœnitens est iudicandus, & nisi resipiscat, tradendus est Curię Seculari. Idem iudicium est de eo, qui pœnitentiam impositam, propter hęresim probatam, recipere renuit. *Ita Pegna dic. Com.* 146. *vers. cœterum &c. Farinacius de heresi quæst.* 193. *§.* 7. *n.* 140. *Sousa in Aphoris.* Inquisit. *lib.* 3. *c.* 29. *n.* 7. *Diana. loc. cit.* & alij.

13 Item abiurare nolentes habentur pro conuinctis, & Curię sęculari tradendi, ex Constitutione *Martini V. quę habetur inter Bullas Apostolicas*, *relatas à Pegna in fine Directorij pagina mihi* 69. Quod intelligendum est de eo, qui est de hęresi confessus, vel conuictus quique abiurationem de formali facere recusat. *Simanchas de catholicis Institutionibus*, *tit.* 1. *num.* 25. *Paramus de origine Sanctę Inquisitionis*, *lib.* 3. *quæst.* 4. *de expedit. processus n.* 23. *Farinacius quæst.* 194. *num.* 34. Si verò abiurare recusans est de hęresi suspectus tantummodo de vehementi, vel de leui; tunc non est statim relaxandus, sed prius excommunicandus; quod si indicta excommunicatione, ex causa fidei lata;

per

per annum insorduerit; tunc erit vt hereticus impœnitens condemnandus; *Eymericus in Directorio p. 2. quæst. 55. num. 15. vers. sed quid agetur*, & ibi *Pegna sub littera. H*; *Farinacius loc. citat. num. 35. Sousa in Aphoris. lib. 2. c. 40. num. 16.*

14 Animaduertendum autem est hìc, quòd abiurare propriè est: rem aliquam cum iuramento negare; quicumque igitur id, quod prius affirmauit cum iuramento, & maximè in Iudicio, reuocauerit, & cum Iuramento negauerit, abiurasse dicitur. *Farinacius de heresi, quæst. 193. num. 1.* Sed abiurare in delictis, iure canonico, nihil est aliud, quam detestari, & execrari crimen, vt *in cap. Clericos de cohabit: Cleric. in cap. 2. qui Clerici, vel vouentes*. Vndè in proposito, abiuratio detestationem erroris importat, quam Ecclesia, ab antiquissimis temporibus, inuenit, ad ostendendam conuersionem, & satisfactionem de preterito, & in futurum firmitatem illius, qui reconciliandus est. Quamobrem abiuratio sic à Doctoribus definitur: solemnis heresis detestatio, cum assertione catholicę veritatis, & obligatione, Iuramento, & pœna munita permanendi in fide christiana. Sic *Pegna in Addictionibus ad tertiam par. Directorij, de quarto modo terminandi processus com. 40. vers, est autem abiuratio. Royas singulari. 1. n. 3. & 4.* ex mente *textus in cap.* ego *Berengarius de consecratione dist. 2. cap. quoties, cap. conuenientibus, vbi Glossa, verb. scripto, & cap. Saluberrimũ, c. Ad abolendã, vers. prçsẽti de hæreticis.*

AN

AN TENEANTVR FIDELES OMNES HAERETICOS IUDICIBUS FIDEI DENUNCIARE.

CAP. XXXIV.

1 Cvm peccatum heresis est publicum ; nemini dubium est : teneri omnes, qui notitiam illius habent ; denunciare personam, que illud commisit, *ex cap. qua propter* 2. *quest.* 7. *& cap.* 2. *de hæreticis* ; solum est controuersia, quando delictum heresis ita est occultum, vt vnus tantum ; preter delinquentem, illius conscius sit. In qua re ; sunt qui opinentur talem non esse obligatum denunciationem iudicialem facere. sic *Ioannes Andreas*, *cap. nouit. de Iudeis* ; quem sequitur *Villadiego*, *tract. de heresi-*

reticis, q. 10 Grandis, sla. tract. de hæreticis. Probant autem, quia talis denunciatio est inutilis & nociua; ergò non solum non est obligatoria, sed nec etiam licita. Antecedens probatur, quod sit inutilis, quia Iudex, ex denunciatione sic facta, non potest procedere contra denunciatum, nec ad punitionem delicti, nec ad illius correctionem. Ergò est omnino inutilis. Est etiam talis denunciatio nociua delinquentis quandoquidem infamatur frater in re grauissima, nullo fructu ex infamatione obtento, quod est maximum nocumentum.

2 Altera tamen sententia communis, vera, & tamquam certissima tenenda, affirmat dari de hac re preceptum non solum diuinum, sed etiam Ecclesiasticum. Sic docet *Azorius tom. 1. lib. 8. c. 19. quæst. 9. Sanchez. lib. 2. Decalog. c. 23 fine Simanchas de catholicis* I*nstitutionibus tit. 19. n. 10. Alphonsus de Castro lib. 2. de Iusta hæreticorum punitione. c. 25 Royas Sing. 13. Suarez disp. 20. de fide sect. 4. Farinacius de hæresi quest. 197. §. 2. num. 36. Bonacina de censuris disp. 2. que[illegible] 6. punct. 1. num 9. Castrus Palaus tract. 4 di[illegible] punct. 4. num. 2. Fagundez lib. 1. in 1. [illegible] Decalogi c. 26. num. 6.*

Probatur primò ex Sacris [illegible] *Ne parcat oculus tuus, vt* [illegible] *eum*, idest fratrem In[illegible] sermo.

3 Quòd vero [illegible] cum, patet, qui[illegible] cationis, *cap.* [illegible]

de hæreticis, cap. qua propter 2. quæstion. Cardinal. in cap. Si peccauerit. num. 29. 3. quæst. 2. & extat Constitutio *Innocen ij. 4. ædita de anno,* 1254. *Incipit, nouerit Vniuersitas, vers. Item si quis hæreticos sciuerit relata pur Pegnam in fine Directorij inter Bullas Apostolicas, fol. mihi.* 17. & alia *Nicolai.* III. *ædita de anno* 1281. *quæ incipit; Nouerit Vniuersitas, vers. Item si quis eum, relata vt supra folio. mihi.* 52. *& Gregorij IX. Bulla, quæ incipit, Excommunicamus, e dita de anno.* 1238. *relata vt sup. post Directorium: folio. mihi* 3. Patet etiam ex edictis Dominorum Inquisitorum, quæ in singulis fidei actibus publicantur, inquibus præceptum imponitur, statim denunciandi huiusmodi hęreticos.

4 Deindè ratione probatur efficaciter, à contrario fundamento opposite sententiæ; quia talis denunciatio de peccato hæresis est necessaria ad bonum commune Reipublicę Christianę, & ipsi delinquenti; ergò est facienda. Antecedens, quo[illegible] iam [illegible] m, probatur, tum quia p de[illegible] itur, ne heresis serpat, neq[illegible] etiam quia hæreticus vi[illegible] tum, vel denunci[illegible] ultissimè hæresim [illegible] orreptionem, [illegible] denunciati, [illegible] nunciatio- [illegible] continetur [illegible] o commisso [illegible] celerius e-

Reue-


5 Reuelare autem quis hæreticum tenetur, excepto sigillo Sacramentali pœnitentię, quantumuis sub secreto iurato hæresim cognouerit, vel promiserit, dederit fidem, ac etiam iurauerit de non reuelando. Quandoquidem huiusmodi Iuramentum non est obligatorium, argumento textus, *in cap. Intimauit extra de testibus, & in cap. non est obligatorium de regulis Iuris in 6. & in Specie voluit Sanctus Thomas 2. 2. qu. 70. art. 1. ad. 2. Guido Fulcodius, qui Clemens IV. inde creatus est, inconsultationibus ad Inquisitores, qu. 8. Farinacius de hæresi qu. 197. §. 2. n. 56. Castrus Palaus tract. 4 disp. 2 punct. 4. num. 9. Fagundez lib. 1. in 1. præceptum Decalogi. c. 2. num. 17. & 18*

6 Sed oritur difficultas, an suspecti de hęresi debeant etiam denunciari fidei Inquisitoribus? Et respondetur affirmatiuè, ex communi verissima Doctorum Sententia. Sic *Farinacius loco cit. n. 35. vers. adde, & eumdem Lelium Zecchium; Delrius lib. 5. disquisit. Magicarum sect. 4. vers. tenentur omnes*, vbi dixit, omnes etiam teneri reuelare Sortilegos, quandò eorum Sortilegia sunt cum hæresi coniuncta, subditque vix contingere istos, maleficos, & sortilegos non habere heresim coniunctam.

7 Quòd verò quisquè denunciare teneatur Sortilegos, etiam quòd sortilegia non sinc hęreticalia, voluisse videtur. *Lelius Zecchius in summa. p. 1. tit. de fide, rubr. de hęresi. c. 11. n. 13. vers. sciat tamen aliquis, & num. 12.* vbi amplius quòd quis dænunciare tenetur fautores hæ

re-

reticorum, hæreticorumque libros tenentes, & in eodem. *n* 10. *in principio verſ. Ampliatur*, vbi ampliat, quòd quis reuelare teneatur proferentes verba hereticalia, etiam ioco; quandoquidem, vt ipſe ait, Eccleſia non iudicat de occultis. *cap. Erubeſcant diſt.* 32. *&c.* ſic etiam *Sanchez lib.* 2. *decalogi, c.* 32. *n. vlt. & Lazarius de blaſphem. qu.* 12. *ferè per totam*, vbi loquuntur de obligatione denunciandi blaſphemos hereticales. *Genuenſis in praxi Archie. Neapol. c.* 18. *n.* 10. *Campan ili in Diuerſorio Iuris Canoni, rubri.* 11. *c.* 13. *n.* 147. atque de hoc nequaquam dubitari poteſt, ſtantibus edictis Dominorum Inquiſitorum, in actibus fidei publicatis quę loquuntur generaliter, & ſine diſtinctione de ſuſpectis de heresi; quamobrèm comprehenduntur etiam de leui ſuſpecti de heresi, videlicet ſemel in Ira tantum, vel bis blaſphemantes. Ratio eſt, quia ſuſpicio leuis in hoc crimine habetur pro legitima, ad effectum ſaltem cogendi taliter ſuſpectum, ad abiurandum de leui, iuxta textum in *cap. Accuſatus in principio. de hereticis in.* 6. & ita eſt praxis quotidiana in tribunali Sancti Officij, vt recte docet *Carena*, 2. *tit.* 9. *§.* 2. *n.* 8.



A N

AN PERSONAE Coniunctissimæ teneantur hæreticum occultum Iudicibus fidei denunciare.

Caput XXXV.

1 PRima sententia docet non teneri filium Patrem hereticum occultum Inquisitoribus denunciare; teneri tamen Petrem filium hæreticum, similiter occultum Iudicibus indicare *Simanchas de catholicis Institutionibus, tit. 29. nu. 35. Abulensis in Deuteronimum.cap. 13. qu. 3.*

2 In contrarium, est communissima D D. sententia, teneri scilicet filium, & vxorem ad denunciandum patrem, vel virum hereticum, & ita sentiendum est cum *Pegna ad Directorium Inquisit.p.2.com.15 sub littera B.* sic etiam *Paramus de Orig ne Sanctæ Inquisit. lib. 3. quæst.8. n. 38. Farinacius de hæresi quæst 197. §. 2 num 49.*

Sua-

Suarez de fide disp. 20. sect. 4. n. 21. Lelius Zechius de casibus reser. casu. 2. n. 2. vers. Secundò amplia; Sanctarellus de hæresi, c. 9 n 14. Barbosa de potestate Episcopi, 3. p. allegat. 96. num. 56. Castrus Palaus tract. 4. disp. 2. punct. 4. num. 14. qui tamen ait, non teneri vxorem respectu mariti, si timeret ex tali reuelatione, sibi à marito mortem parari, aut aliud graue damnum euenturum: teneri tamen, si hęc precaueri possunt. *Fagundez lib. 1. in primum pręceptum Decalogi c. 26. n. 26. & 27.*

3 Probatur verò hęc sententia ex Sacra pagina, *Deut. 13. Si tibi persuadere voluerit frater tuus, & filius Matris tuę, aut filius tuus, vel filia, siue vxor, quę est in sinu tuo, aut amicus, quem diligis, vt animam tuam, dicens: Eamus, & seruiamus Dijs alienis, &c. non miserearis, vt occultes eum*; in quo loco pręcipitur pater denunciare filium; ergò comprehendit etiam ea lex filium respectu patris; & in ea etiam pręcipitur filius denunciare patrem; quia correlatiuorum eadem est ratio; presertim, quia licèt obligatio filij ad patrem sit maior, tamen amor patris ad filium est etiam maior, & sic vterque se excedit, & vterque tenetur vtrumque denunciare. *Sic Fagundez loc. cit.*

4 Secundò, quia *L. minimè ff. de Religiosis, & sumptibus funerum* dicitur occidendum esse parentem hostem patrię; sed hęreticus equiparatur hosti patrię; imò hostem patrię excedit: quia est hostis Ecclesię in his, quę ad *Deum*, & ad animam immediatè pertinent. Ergò si filius

S te-

tenetur accusare Patrem hostem patrię, fortiori tenebitur illum accusare si hereticus sit, & hostis Ecclesię; quandoquidem ordo charitatis postulat, vt bonum animę, & spirituale antè ponatur bono vitę, & temporali.

5 Nec dicas, ex hac denunciatione grauissimum damnum filijs oriri, ob pœnas in filios hereticorum latas à Sacris Canonibus. Quia ex *Alphonso de Castro lib. 2. de Iusta hereticorum punitione, cap. 26., & Pegna 2. p. Directorij comen.* 15. in eo casu, quo filius parentem denunciet, à pœnis, in hereticorum filios iure statutis, ob prœmium delationis liberatur, & seruandus est indemnis, quantum fieri potest, ita vt pœna confiscationis proprię legitimè, & pœna Infamię remittatur. Argumento *L. quisquis §. vlt. C. ad L. Iulia Maiestatis.* idem asserit *Royas singul.* 12. *num.* 5. *Suarez de fide disp.* 20. *sect.* 4. *num.* 22 *Sanctarellus de haresi cap.* 9. *num.* 15, *alios referens. Fagundez lib.* 1. *in.* 1. *praceptum Decalogi, cap.* 26. *num.* 27. Et est definitum in quadam Constitutione *Frederici Imperatoris*, *quę incipit commissi, in §. nec quidem ibi*; has autem *Frederici* leges multi Pontifices comprobarunt, & specialitèr *Innocentius IV. & Alexander. IV.* vt refert *Pegna in fine Directorij inter Bullas Sancti Officij pag. mihi* 19. *&* 29.

6 Sed difficultas oritur, an quę dicta sunt de patre heretico, habeant locum in patre, vel marito de heresi suspectis? Aliqui in hac re tenuerunt, ea non militare in marito, & patre de heresi suspectis, ac proindè eos à filio, vel vxore

re minimè esse denunciandos. Mouentur ex quadam traditione *Abbatis cap. inter solicitudines, de purg. can. num. 6.* quę etiam communiter approbata est à DD pro vt testantur, *Riciullus de iure personarum extra Ecclesiæ gremium existentium lib. 5. cap. 19. num 27. & Sanctarellus de heresi, cap. 33. n. 6.* traditio autèm est, quòd statutum, & dispositio loquens de hereticis, non habet locum in suspectis de heresi: at DD. loquentes de filio, & vxore obligatis ad denunciandum, loquuntur de patre, & viro hereticis. Igitur illorum traditio non debet extendi ad eosdem de heresi tantum suspectis. In hac re *Diana p. 1. tract. 4. resolut. 6* nihil de suo affirmans, refert pro hac sententia *Lazarium tract. de blasphemia, quæst. 12. num. 67. & Homobonum tract. de casibus reseruatis p. 2. cap. 7. folio. 241. & in Exam. Eccl. p. 1. tract. 7. c. 7. quæst. 32.* & licèt hec sententia probabilis ab aliquibus censeatur.

7 Nihilominus contraria sententia, tamquam fidei fauorabilior, est etiam probabilior; tum quia eadem ratio militat in hæreticis, ac in suspectis de heresi; & edicta Dominorum Inquisitorum loquuntur etiam de suspectis de hæresi denunciandis: & dum loquuntur de personis, ad denunciandũ obligatis, id per verba generalissima præcipiunt. Ergò generaliter intendunt compræhendere etiam filium, & vxorem respectu patris, & mariti. Ita in terminis similis edicti Inquisitoris Brixiſæ, quod ob illa verba generalia, compræhendat etiam patrem, & quam-

per annum insorduerit; tunc erit vt hereticus impœnitens condemnandus; *Eymericus in Directorio p. 2. quæst. 55. num. 15. vers. sed quid agetur*, & ibi *Pegna sub littera. H* | *Farinacius loc. citat. num. 35. Sousa in Aphoris. lib. 2. c. 40. num. 16.*

14 Animaduertendum autem est hic, quòd abiurare propriè est: rem aliquam cum iuramento negare; quicumque igitur id, quod prius affirmauit cum iuramento, & maximè in Iudicio, reuocauerit, & cum Iuramento negauerit, abiurasse dicitur. *Farinacius de heresi, quæst.* 193. *num.* 1. Sed abiurare in delictis, iure canonico, nihil est aliud, quam detestari, & execrari crimen, vt *in cap.* Clericos *de cohabit: Cleric. in cap. 2. qui* Clerici, *vel vouentes*. Vndè in proposito, abiuratio detestationem erroris importat, quam Ecclesia, ab antiquissimis temporibus, inuenit, ad ostendendam conuersionem, & satisfactionem de preterito, & in futurum firmitatem illius, qui reconciliandus est. Quamobrem abiuratio sic à Doctoribus definitur: solemnis heresis detestatio, cum assertione catholicę veritatis, & obligatione, Iuramento, & pœna munita permanendi in fide christiana. Sic *Pegna in Addictionibus ad tertiam par. Directorij, de quarto modo terminandi processus com.* 40. *vers, est autem abiuratio*. *Royas singulari.* 1. *n.* 3 *&* 4 ex mente *textus in cap. ego Berengarius de consecratione dist. 2. cap. quoties, cap. conuenientibus, vbi Glossa, verb. scripto, & cap. Saluberrimũ, c. Ad abolendã, vers. pręsẽti de hæreticis*.

A N

AN TENEANTVR FIDELES OMNES HAERETICOS IUDICIBUS FIDEI DENUNCIARE.

CAP. XXXIV.

1 CVm peccatum heresis est publicum ; nemini dubium est : teneri omnes, qui notitiam illius habent, denunciare personam, que illud commisit, *ex cap. qua propter 2. quest. 7. & cap. 2. de hæreticis*, solum est controuersia, quandò delictum heresis ita est occultum, vt vnus tantum, preter delinquentem, illius conscius sit. In qua re, sunt qui opinentur talem non esse obligatum denunciationem iudicialem facere. sic *Ioannes Andreas, cap. nouit. de Iudeis*, quem sequitur *Villadiego, tract. de he-* re-

reticis, qu. 10 *Gundisalu. tract. de hereticis* . Probant autem, quia talis denunciatio est inutilis & nociua; ergò non solùm non est obligatoria, sed nec etiam licita. Antecedens probatur, quod sit inutilis, quia Iudex, ex denunciatione sic facta, non potest procedere contra denunciatum, nec ad punitionem delicti, nec ad illius correctionem. Ergò est omnino inutilis. Est etiam talis denunciatio nociua delinquẽti; quandoquidem infamatur frater in re grauissima, nullo fructu ex infamatione obtento, quod est maximum nocumentum.

2 Altera tamen sententia communis, vera, & tamquam certissima tenenda, affirmat dari de hac re preceptum non solum diuinum, sed etiam Ecclesiasticum. Sic docet *Azorius tom.* 1. *lib.*8. *c.* 19. *quæst.* 9. *Sanchez. lib.* 2. *Decalog. c.* 23 *fine Simanchas de catholicis Institutionibus tit.* 19. *n.* 10. *Alphonsus de Castro lib.* 2. *de Iusta hæreticorum punitione. c.* 25 *Royas Sing.* 13. *Suarez disp.* 20. *de fide sect.* 4. *Farinacius de hæresi quest.* 197. §. 2. *num.* 36. *Bonacina de censuris disp.* 2. *quest.* 6. *punct.* 1. *num.* 9. *Castrus Palaus tract.*4 *disp.*2. *punct.* 4. *num.* 2. *Fagundez lib.*1. *in* 1. *præceptum Decalogi c.* 26. *num.* 6.

Probatur primò ex Sacris litteris, *Dueut.* 13. *Ne parcat oculus tuus, vt miserearis, & occultes eum*, idest fratrem Infidelem, de quo ibi est sermo.

3 Quòd vero detur præceptum Ecclesiasticum, patet, quia exstat preceptum excommunicationis, *cap.* 2. *& ibi Glosa, & Doctores extrà*

de

de hæreticis, cap. qua propter 2. *quæstion. Cardinal. in cap. Si peccauerit. num.* 29. 3. *quæst.* 2. & extat Constitutio *Innocen ij.* 4. *edita de anno*, 1254. *Incipit, nouerit Vniuersitas, vers. Item si quis hæreticos sciuerit relata pur Pegnam in fine Directorij inter Bullas Apostolicas, fol. mihi.* 17. & alia *Nicolai.* III. *edita de anno* 1281. *quæ incipit; Nouerit Vniuersitas, vers. Item si quis eum, relata vt supra folio. mihi.* 52. *& Gregorij IX. Bulla, quæ incipit, Excommunicamus, edita de anno.* 1238. *relata vt sup. post Directorium: folio. mihi* 3. Patet etiam ex edictis Dominorum Inquisitorum, quæ in singulis fidei actibus publicantur, inquibus præceptum imponitur, statim denunciandi huiusmodi hereticos.

4 Deinde ratione probatur efficaciter, à contrario fundamento opposite sententiæ; quia talis denunciatio de peccato hæresis est necessaria ad bonum commune Reipublice Christiane, & ipsi delinquenti; ergò est facienda. Antecedens, quo ad primam partem, probatur, tum quia p denunciationē impeditur, ne heresis serpat, neque alios inficiat. Tum etiam quia hæreticus videns se esse denunciatum, vel denunciandum esse, quantumuis occultissimè hæresim manifestet, continebitur, timens correptionem, & supplicium. Ex parte verò ipsius denunciati, probatur etiam ipsi delinquenti denunciationem vtilem esse; quia hoc modo, & continetur à peccato committendo, & à peccato commisso facilius hac via reuocari potest, & celerius emendabitur.

Reue-


5 Reuelare autem quis hæreticum tenetur, excepto sigillo Sacramentali pœnitentie, quantumuis sub secreto iurato hæresim cognouerit, vel promiserit, dederit fidem, ac etiam iurauerit de non reuelando. Quandoquidem huiusmodi Iuramentum non est obligatorium, argumento textus, *in cap. Intimauit extra de testibus, & in cap. non est obligatorium de regulis Iuris in 6. & in Specie voluit Sanctus Thomas 2. 2. qu. 70. art. 1. ad. 2. Guido Fulcodius, qui Clemens IV inde creatus est, in consultationibus ad Inquisitores, qu. 8. Farinacius de hæresi qu. 197. §. 2. n. 56. Castrus Palaus tract. 4 disp. 2 punct. 4 num. 9. Fagundez lib. 1 in 1. praeceptum Decalogi. c. 2. num. 17. & 18*

6 Sed oritur difficultas, an suspecti de heresi debeant etiam denunciari fidei Inquisitoribus? Et respondetur affirmatiuè, ex communi verissima Doctorum Sententia. Sic *Farinacius loco cit. n. 35. vers. adde, & eumdem Lelium Zecchium; Delrius lib. 5. disquisit. Magicarum sect. 4. vers. tenentur omnes*, vbi dixit, omnes etiam teneri reuelare Sortilegos, quandò eorum Sortilegia sunt cum hæresi coniuncta, subditque vix contingere istos, maleficos, & sortilegos non habere heresim coniunctam.

7 Quòd verò quisquè denunciare teneatur Sortilegos, etiam quòd sortilegia non sint hereticalia, voluisse videtur. *Lelius Zecchius in summa p. 1. tit. de fide, rubr. de heresi. c. 11. n. 13. vers. sciat tamen aliquis, & num.* 12. vbi amplius quòd quis dænunciare tenetur fautores hæ-

re-

reticorum, hæreticorumque libros tenentes, & in eodem. *n* 10. *in principio verſ. Ampliatur*, vbi ampliat, quòd quis reuelare teneatur proferentes verba hereticalia, etiam ioco; quandoquidem, vt ipſe ait, Eccleſia non iudicat de occultis. *cap. Erubeſcant diſt.* 32. *&c.* ſic etiam *Sanchez lib.* 2. *decalogi, c.* 32. *n. vlt. & Lazarius de blaſphem. qu.* 12. *ferè per totam*, vbi loquuntur de obligatione denunciandi blaſphemos hereticales. *Genuenſis in praxi Archie. Neapol. c.* 18. *n.* 10. *Campan ili in Diuerſorio Iuris Canoni, rubri.* 11. *c.* 13. *n.* 147. atque de hoc nequaquam dubitari poteſt, ſtantibus edictis Dominorum Inquiſitorum, in actibus fidei publicatis que loquuntur generaliter, & ſine diſtinctione de ſuſpectis de heresi; quamobrèm comprehenduntur etiam de leui ſuſpecti de hereſi, videlicet ſemel in Ira tantum, vel bis blaſphemantes. Ratio eſt, quia ſuſpicio leuis in hoc crimine habetur pro legitima, ad effectum ſaltem cogendi taliter ſuſpectum, ad abiurandum de leui, iuxta textum in *cap. Accuſatus in principio. de hereticis in.* 6. & ita eſt praxis quotidiana in tribunali Sancti Officij, vt recte docet *Carena, 2. tit. 9. §. 2. n. 8.*



A N

AN PERSONAE Coniunctissimæ teneantur hæreticum occultum Iudicibus fidei denunciare.

Caput XXXV.

1 Prima sententia docet non teneri filium Patrem hereticum occultum Inquisitoribus denunciare; teneri tamen Petrem filium hæreticum, similiter occultum Iudicibus indicare *Simanchas de catholicis Institutionibus, tit. 29. nu. 35. Abulensis in Deuteronomium cap. 13. qu. 3.*

2 In contrarium, est communissima D D. sententia, teneri scilicet filium, & vxorem ad denunciandum patrem, vel virum hereticum, & ita sentiendum est cum *Pegna ad Directorium Inquisit. p. 2. com. 15. sub littera B.* sic etiam *Paramus de Orig ne Sancta Inquisit. lib. 3. quæst. 8. n. 38. Farinacius de hæresi quæst 197. §. 2 num 49.*

Sua-

Suarez de fide disp. 20. sect. 4. n. 21. Lelius Zechius de casibus reser. casu. 2. n. 2. vers. Secundò amplia; Sanctarellus de haeresi, c. 9 n 14. Barbosa de potestate Episcopi, 3. p. allegat. 96. num. 56. Castrus Palaus tract. 4. disp. 2. punct. 4. num. 14. qui tamen ait, non teneri vxorem respectu mariti, si timeret ex tali reuelatione, sibi à marito mortem parari, aut aliud graue damnum euéturum: teneri tamen, si hęc precaueri possunt. *Fagundez lib. 1. in primum pręceptum Decalogi c. 26. n. 26. & 27.*

3 Probatur verò hęc sententia ex Sacra pagina, *Deut.* 13. *Si tibi persuadere voluerit frater tuus, & filius Matris tuę, aut filius tuus, vel filia, siue vxor, quę est in sinu tuo, aut amicus, quem diligis, vt animam tuam, dicens: Eamus, & seruiamus Dijs ali nis, &c. non miserearis, vt occultes eum;* in quo loco pręcipitur pater denunciare filium; ergò comprehendit etiam ea lex filium respectu patris; & in ea etiam pręcipitur filius denunciare patrem; quia correlatiuorum eadem est ratio; presertim, quia licèt obligatio filij ad patrem sit maior, tamen amor patris ad filium est etiam maior, & sic vterque se excedit, & vterque tenetur vtrumque denunciare. *Sic Fagundez loc. cit.*

4 Secundò, quia *L. minimè ff. de Religiosis, & sumptibus funerum* dicitur occidendum esse parentem hostem patrię; sed hęreticus equiparatur hosti patrię; imò hostem patrię excedit: quia est hostis Ecclesię in his, quę ad *Deum*, & ad animam immediatè pertinent. Ergò si filius

S te-

tenetur accuſare Patrem hoſtem patriȩ, fortiori tenebitur illum accuſare ſi hȩreticus ſit, & hoſtis Eccleſiȩ; quandoquidem ordo charitatis poſtulat, vt bonum animȩ, & ſpirituale antè ponatur bono vitȩ, & temporali.

5 Nec dicas, ex hac denunciatione grauiſſimum damnum filijs oriri, ob pœnas in filios hȩreticorem latas à Sacris Canonibus. Quia ex *Alphonſo de Caſtro lib. 2. de Iuſta hȩreticorum punitione, cap. 26., & Pegna 2. p. Directorij comen.* 15. in eo caſu, quo filius parentem denunciet, à pœnis, in hȩreticorum filios iure ſtatutis, ob prœmium delationis liberatur, & ſeruandus eſt indemnis, quantum fieri poteſt, ita vt pœna confiſcationis propriȩ legitimè, & pœna Infamiȩ remittatur. Argumento *L. quiſquis §. vlt. C. ad L. Iulia Maieſtatis.* idem aſſerit *Royas ſingul. 12. num. 5. Suarez de fide diſp. 20. ſect. 4. num. 22 Sanctarellus de hæreſi cap. 9. num. 15, alios referens. Fagundez lib. 1. in. 1. præceptum Decalogi, cap. 26. num. 27.* Et eſt definitum in quadam Conſtitutione *Frederici Imperatoris*, *quȩ incipit commiſſi, in §. nec quidem ibi*; has autem *Frederici* leges multi Pontifices comprobarunt, & ſpecialitèr *Innocentius IV. &* [illegible] *der. IV.* vt refert *Pegna in fine Direct*[illegible] *Bullas Sancti Officij pag. mihi* 19. *&* [illegible]

6 Sed difficultas oritur, an o[illegible] patre hȩretico, habeant loc[illegible] rito de hȩreſi ſuſpectis? [illegible] runt, ea non militar[illegible] hȩreſi ſuſpectis, ac [illegible]

ro minimè esse denunciandos. Mouentur ex quadam traditione *Abbatis cap. inter solicitudines, de purg. can. num. 6.* quę etiam communiter approbata est à DD pro vt testantur *Ricciullus de iure personarum extra Ecclesiæ grembium existentium lib. 5. cap. 19. num 27. & Sanctarellus de heresi, cap. 33. n. 6.* traditio autem estò, quòd statutum, & dispositio loquens de hereticis, non habet locum in suspectis de heresi: at DD. loquentes de filio, & vxore obligatis ad denunciandum, loquuntur de patre, & viro hereticis. Igitur illorum traditio non debet extendi ad eosdem de heresi tantum suspectis. In hac re *Diana p. 1. tract. 4. resolut. 6* nihil de suo affirmans, refert pro hac sententia *Lazarium tract. de blasphemia, quæst. 12. num. 67. & Homobonum tract. de casibus reseruatis p. 2. cap. 7. folio. 241. & in Exam. Eccl. p. 1. tract. 7. c. 7. quæst. 32.* & licèt hec sententia probabilis ab aliquibus censeatur.

7 Nihilominus contraria sententia, tamquam fidei fauorabilior, est etiam probabilior; tum quia eadem ratiò militat in hæreticis, ac in susp[illegible] de heresi; & edicta Dominorum Inquisi[illegible] [illegible]quuntur etiam de suspectis de hæresi [illegible]dis; & dum loquuntur de personis, ad [illegible]dũ ob[illegible]atis, id per verba generalissi[illegible] [illegible]iu[illegible] [illegible]gò generaliter, intendunt [illegible] [illegible]n filium, & vxorem respec[illegible] [illegible] [illegible]ta in terminis similis edi[illegible] [illegible]e, quod ob illa verba gene[illegible] [illegible] etiam patrem, & quam-

S 2 li-

per annum insorduerit; tunc erit vt hereticus impœnitens condemnandus; *Eymericus in Directorio p. 2. quæst. 55. num. 15. vers. sed quid agetur*, & ibi *Pegna sub littera. H* *Farinacius loc. citat. num. 35. Sousa in Aphoris. lib. 2. c. 40. num. 16.*

14 Animaduertendum autem est hic, quòd abiurare propriè est: rem aliquam cum iuramento negare; quicumque igitur id, quod prius affirmauit cum iuramento, & maximè in Iudicio, reuocauerit, & cum Iuramento negauerit, abiurasse dicitur. *Farinacius de heresi, quæst. 193. num. 1.* Sed abiurare in delictis, iure canonico, nihil est aliud, quam detestari, & execrari crimen, vt *in cap. Clericos de cohabit: Cleric. in cap. 2. qui Clerici, vel vouentes*. Vndè in proposito, abiuratio detestationem erroris importat, quam Ecclesia, ab antiquissimis temporibus, inuenit, ad ostendendam conuersionem, & satisfactionem de preterito, & in futurum firmitatem illius, qui reconciliandus est. Quamobrem abiuratio sic à Doctoribus definitur: solemnis heresis detestatio, cum assertione catholicę veritatis, & obligatione, Iuramento, & pœna munita permanendi in fide christiana. Sic *Pegna in Addictionibus ad tertiam par. Directorij, de quarto modo terminandi processus com. 40. vers, est autem abiuratio. Royas singulari. 1. n. 3. & 4.* ex mente *textus in cap. ego Berengarius de consecratione dist. 2. cap. quoties, cap. conuenientibus, vbi Glossa, verb. scripto, & cap. Saluberrimũ, c. Ad abolendã, vers. pręsẽti de hæreticis.*

A N

AN TENEANTVR FIDELES OMNES HAERETICOS IUDICIBUS FIDEI DENUNCIARE.

CAP. XXXIV.

1 CVm peccatum heresis est publicum, nemini dubium est: teneri omnes, qui notitiam illius habent, denunciare personam, que illud commisit, *ex cap. qua propter 2. quest. 7. & cap. 2. de hæreticis*, solum est controuersia, quando delictum heresis ita est occultum, vt vnus tantum, preter delinquentem, illius conscius sit. In qua re, sunt qui opinentur talem non esse obligatum denunciationem iudicialem facere. sic *Ioannes Andreas*, *cap. nouit. de Iudeis*, quem sequitur *Villadiego*, *tract. de he-*

re-

reticis, *qu.* 10 *Gundisalu. tract. de hereticis*. Probant autem, quia talis denunciatio est inutilis & nociua; ergò non solùm non est obligatoria, sed nec etiam licita. Antecedens probatur, quod sit inutilis, quia Iudex, ex denunciatione sic facta, non potest procedere contra denunciatum, nec ad punitionem delicti, nec ad illius correctionem. Ergò est omnino inutilis. Est etiam talis denunciatio nociua delinquẽtis quandoquidem infamatur frater in re grauissima, nullo fructu ex infamatione obtento, quod est maximum nocumentum.

2 Altera tamen sententia communis, vera, & tamquam certissima tenenda, affirmat dari de hac re preceptum non solum diuinum, sed etiam Ecclesiasticum. Sic docet *Azorius tom.* 1. *lib.*8. *c.* 19. *quæst.* 9. *Sanchez. lib.* 2. *Decalog.* *c.* 23 *fine Simanchas de catholicis* I*nstitutionibus tit.* 19. *n.* 10. *Alphonsus de Castro lib.* 2. *de Iusta hæreticorum punitione. c.* 25 *Royas* Sing. 13. *Suarez disp.* 20. *de fide sect.* 4. *Farinacius de hæresi quest.* 197. *§.* 2. *num.* 36. *Bonacina de censuris disp.* 2. *quest.* 6. *punct.* 1. *num* 9. *Castrus Palaus tract.*4 *disp.*2. *punct.* 4. *num.* 2. *Fagundez lib.*1.*in* 1.*præceptum Decalogi c.* 26. *num.* 6.

Probatur primò ex Sacris litteris, *Dueut.* 13. *Ne parcat oculus tuus, vt miserearis, & occultes eum*, idest fratrem Infidelem, de quo ibi est sermo.

3 Quòd vero detur præceptum Ecclesiasticum, patet, quia exstat preceptum excommunicationis, *cap.* 2. *& ibi Glosa*, *& Doctores extrà de*

de haereticis, cap. qua propter 2. quaestion. Cardinal in cap. Si peccauerit. num. 29. 3. quest. 2. & extat Constitutio *Innocen ij. 4. edita de anno,* 1254. *Incipit, nouerit Vniuersitas, vers. Item si quis haereticos sciuerit relata pur Pegnam in fine Directorij inter Bullas Apostolicas, fol. mihi.* 17. & alia *Nicolai.* III. *edita de anno* 1281. *quae incipit; Nouerit Vniuersitas, vers. Item si quis eum, relata vt supra folio. mihi.* 52. *& Gregorij IX. Bulla, quae incipit, Excommunicamus, edita de anno.* 1238. *relata vt sup. post Directorium: folio. mihi* 3. Patet etiam ex edictis Dominorum Inquisitorum, quae in singulis fidei actibus publicantur, inquibus praeceptum imponitur, statim denunciandi huiusmodi hereticos.

4 Deinde ratione probatur efficaciter, à contrario fundamento opposite sententiae; quia talis denunciatio de peccato haeresis est necessaria ad bonum commune Reipublice Christiane, & ipsi delinquenti; ergò est facienda. Antecedens, quo ad primam partem, probatur, tum quia p denunciationẽ impeditur, ne heresis serpat, neque alios inficiat. Tum etiam quia haereticus videns se esse denunciatum, vel denunciandum esse, quantumuis occultissimè haeresim manifestet, continebitur, timens correptionem, & supplicium. Ex parte verò ipsius denunciati, probatur etiam ipsi delinquenti denunciationem vtilem esse; quia hoc modo, & continetur à peccato committendo, & à peccato commisso facilius hac via reuocari potest, & celerius emendabitur.

Reue-


5 Reuelare autem quis hæreticum tenetur, excepto sigillo Sacramentali pœnitentiæ, quantumuis sub secreto iurato hæresim cognouerit, vel promiserit, dederit fidem, ac etiam iurauerit de non reuelando. Quandoquidem huiusmodi Iuramentum non est obligatorium; argumento textus, *in cap. Intimauit extra de testibus, & in cap. non est obligatorium de regulis Iuris in 6. & in Specie voluit Sanctus Thomas 2. 2. qu. 70. art. 1. ad. 2. Guido Fulcodius, qui Clemens IV inde creatus est, in consultationibus ad Inquisitores, qu. 8. Farinacius de hæresi qu. 197. §. 2. n. 56. Castrus Palaus tract. 4 disp. 2 punct. 4. num. 9. Fagundez lib. 1. in 1. praeceptum Decalogi. c. 2. num. 17. & 18*

6 Sed oritur difficultas, an suspecti de heresi debeant etiam denunciari fidei Inquisitoribus? Et respondetur affirmatiuè, ex communi verissima Doctorum Sententia. Sic *Farinacius loco cit. n. 35. vers. adde, & eumdem Lelium Zecchium; Delrius lib. 5. disquisit. Magicarum sect. 4. vers. tenentur omnes*, vbi dixit, omnes etiam teneri reuelare Sortilegos, quandò eorum Sortilegia sunt cum hæresi coniuncta, subditque vix contingere, istos, maleficos, & sortilegos non habere heresim coniunctam.

7 Quòd verò quisquè denunciare teneatur Sortilegos, etiam quòd sortilegia non sine hereticalia, voluisse videtur. *Lelius Zecchius in summa p. 1. tit. de fide, rubr. de heresi. c. 11. n. 13. vers. sciat tamen aliquis, & num.* 12. vbi amplius quòd quis dænunciare tenetur fautores hæ-

re-

reticorum, hæreticorumque libros tenentes, & in eodem. *n* 10. *in principio verſ. Ampliatur*, vbi ampliat, quòd quis reuelare teneatur proferentes verba hereticalia, etiam ioco; quandoquidem, vt ipſe ait, Eccleſia non iudicat de occultis. *cap. Erubeſcant diſt. 32. &c.* ſic etiam *Sanchez lib. 2. decalogi, c. 32. n. vlt. & Lazarius de blaſphem. qu. 12. ferè per totam*, vbi loquuntur de obligatione denunciandi blaſphemos hereticales. *Genuenſis in praxi Archie. Neapol. c.* 18. *n.* 10. *Campan ili in Diuerſorio Iuris Canoni, rubri.* 12. *c.* 13. *n.* 147. atque de hoc nequaquam dubitari poteſt, ſtantibus edictis Dominorum Inquiſitorum, in actibus fidei publicatis, quę loquuntur generaliter, & ſine diſtinctione de ſuſpectis de hęreſi; quamobrèm comprehenduntur etiam de leui ſuſpecti de hereſi, videlicet ſemel in Ira tantum, vel bis blaſphemantes. Ratio eſt, quia ſuſpicio leuis in hoc crimine habetur pro legitima, ad effectum ſaltem cogendi taliter ſuſpectum, ad abiurandum de leui, iuxta textum in *cap. Accuſatus in principio. de hęreticis in. 6.* & ita eſt praxis quotidiana in tribunali Sancti Officij, vt rectè docet *Carena, 2. tit. 9. §. 2. n. 8.*



A N

AN PERSONAE

Coniunctissimæ teneantur hæreticum occultum Iudicibus fidei denunciare.

Caput XXXV.

1 PRima sententia docet non teneri filium Patrem hereticum occultum Inquisitoribus denunciare; teneri tamen Petrem filium hæreticum, similiter occultum Iudicibus indicare *Simanchas de catholicis Institutionibus, tit.* 29. *nu.* 35. *Abulensis in Deuteronimum.cap.* 13. *qu.* 3.

2 In contrarium, est communissima D D. sententia, teneri scilicet filium, & vxorem ad denunciandum patrem, vel virum hereticum, & ita sentiendum est cum *Pegna ad Directorium Inquisit.p.2.com.*15 *sub littera B.* sic etiam *Paramus de Orig ne Sanctæ Inquisit. lib.* 3.*quæst.*8. *n.* 38. *Farinacius de heresi quest* 197. *§.* 2 *num* 49. *Sua-*

Suarez de fide disp. 20. *sect.* 4. *n.* 21. *Lelius Zechius de casibus reser. casu.* 2. *n.* 2. *vers.* Secundò *amplia*; *Sanctarellus de haeresi, c.* 9 *n* 14. *Barbosa de potestate Episcopi*, 3. *p. allegat.* 96. *num.* 56. *Castrus Palaus tract.* 4. *disp.* 2. *punct.* 4. *num.* 14. qui tamen ait, non teneri vxorem respectu mariti, si timeret ex tali reuelatione, sibi à marito mortem parari, aut aliud graue damnum euenturum: teneri tamen, si hęc precaueri possunt. *Fagundez lib.* 1. *in primum pręceptum Decalogi c.* 26. *n.* 26. & 27.

3 Probatur verò hęc sententia ex Sacra pagina, *Deut.* 13. *Si tibi persuadere voluerit frater tuus, & filius Matris tuę, aut filius tuus, vel filia, siue vxor, quę est in sinu tuo, aut amicus, quem diligis, vt animam tuam, dicens: Eamus, & seruiamus Dijs ali nis, &c. non miserearis, vt occultes eum*; in quo loco pręcipitur pater denunciare filium; ergò comprehendit etiam ea lex filium respectu patris; & in ea etiam pręcipitur filius denunciare patrem; quia correlatiuorum eadem est ratio; presertim, quia licèt obligatio filij ad patrem sit maior, tamen amor patris ad filium est etiam maior, & sic vterque se excedit, & vteerque tenetur vtrumque denunciare. *Sic Fagundez loc. cit.*

4 Secundò, quia *L. minimè ff. de Religiosis, & sumptibus funerum* dicitur occidendum esse parentem hostem patrię; sed hęreticus equiparatur hosti patrię; imò hostem patrię excedit: quia est hostis Ecclesię in his, quę ad *Deum*, & ad animam immediatè pertinent. Ergò si filius

S te-

tenetur accusare Patrem hostem patriç, fortiori tenebitur illum accusare si hçreticus sit, & hostis Ecclesiç; quandoquidem ordo charitatis postulat, vt bonum animç, & spirituale antè ponatur bono vitç, & temporali.

5 Nec dicas, ex hac denunciatione grauissimum damnum filijs oriri, ob pœnas in filios hçreticorem latas à Sacris Canonibus. Quia ex *Alphonso de Castro lib. 2. de Iusta hçreticorum punitione, cap. 26., & Pegna 2. p. Directorij comen.* 15. in eo casu, quo filius parentem denunciet, à pœnis, in hçreticorum filios iure statutis, ob prœmium delationis liberatur, & seruandus est indemnis, quantum fieri potest, ita vt pœna confiscationis propriç legitimè, & pœna Infamiç remittatur. Argumento *L. quisquis §. vlt. C. ad L. Iuliæ Maiestatis.* idem asserit *Royas singul.* 12. *num.* 5. *Suarez de fide disp.* 20. *sect.* 4. *num.* 22 *Sanctarellus de hæresi cap.* 9. *num.* 15, *alios referens. Fagundez lib.* 1. *in.* 1. *præceptum Decalogi, cap.* 26. *num.* 27. Et est definitum in quadam Constitutione *Frederici Imperatoris*, *quç incipit commissi, in §. nec quidem ibi*; has autem *Frederici* leges multi Pontifices comprobarunt, & specialitèr *Innocentius IV. & Alexander. IV.* vt refert *Pegna in fine Directorij inter Bullas Sancti Officij pag. mihi* 19. *&* 29.

6 Sed difficultas oritur, an quç dicta sunt de patre hçretico, habeant locum in patre, vel marito de hçresi suspectis? Aliqui in hac re tenuerunt, ea non militare in marito, & patre de hçresi suspectis, ac proindè eos à filio, vel vxore

re minimè esse denunciandos. Mouentur ex quadam traditione *Abbatis cap. inter solicitudines, de purg. can. num. 6.* quę etiam communiter approbata est à DD pro vt testantur, *Ricciullus de iure personarum extra Ecclesiæ gremium existentium lib. 5. cap 19. num 27. & Sanctarellus de heresi, cap. 33. n. 6.* traditio autem estò, quòd statutum, & dispositio loquens de hereticis, non habet locum in suspectis de heresi: at DD. loquentes de filio, & vxore obligatis ad denunciandum, loquuntur de patre, & viro hereticis. Igitur illorum traditio non debet extendi ad eosdem de heresi tantum suspectis. In hac re *Diana p. 1. tract. 4. resolut. 6* nihil de suo affirmans, refert pro hac sententia *Lazarium tract. de blasphemia, quæst. 12. num. 67. & Homobonum tract. de casibus reseruatis p. 2. cap. 7. folio. 241. & in Exam. Eccl. p. 1. tract. 7. c. 7. quæst. 32.* & licèt hęc sententia probabilis ab aliquibus censeatur.

7 Nihilominus contraria sententia, tamquam fidei fauorabilior, est etiam probabilior; tum quia eadem ratio militat in hæreticis, ac in suspectis de heresi; & edicta Dominorum Inquisitorum loquuntur etiam de suspectis de hæresi denunciandis; & dum loquuntur de personis, ad denunciandū obligatis, id per verba generalissima præcipiunt; Ergò generaliter intendunt compræhendere etiam filium, & vxorem respectu patris, & mariti. Ita in terminis similis edicti Inquisitoris Brixiæ, quod ob illa verba generalia, compræhendat etiam patrem, & quam-

libet aliam personam coniunctam, docuit *Zechius de casibus reseruatis, casu 2. num. 2. vers. ampliatur 2.* sic etiam *Carena 2. p. tit. 9. §. 3. n. 13.* & affert *Lazarium de blasphemia quest. 12. num. 57.* sequutus *Comitolium quest. morali; lib. 4. quest. 8.* vbi dixit filium cogi posse, ob edicti Inquisitoris Papiensis generalitatem, ad denunciadum patrem blasphemum. *Petrus Binsfeld de Confess. Malefic. membru 2. post princip. §. pro parte* negatiua, dixit parentes teneri denunciare filios maleficos, & è contra: sic etiam *Lazarius, & Comitolius, cit. & Homobonus, disquis. tom. 1. tract. 7. de primo precepto Decalogi cap. 3. quest. 16.* ferè per totam, & tamèn malefici, & blasphemi sunt tantummòdo de heresi suspecti, sic etiam *Pegna ad Directorium Inquisitorum p. 2. comen 76. vers. At non videtur*, vbi solum putat, vxorem excusandam, si non denunciat maritum suum, ex eo quòd comedat carnes in diebus vetitis, si eius maritus sit terribilis; ergò excluso timore, denunciare tenetur.

8 Et ex his patet responsio ad rationem in contrarium; quandoquidem eadem militat ratio in hereticis, ac de heresi suspectis, & DD. in hac materia indifferenter de vtrisque loquuntur.

Denique, si hec obligatio denunciandi hereticos, & de heresi suspectos arctat filium respectu patris, Patrem respectu filij, & vxorem respectu mariti, patet quid sit dicendum de alijs coniunctis, vt de fratre &c.

AN

AN OBLIGATIO DENVNCIANDI REOS IVDICIBVS fidei morte delinquentis, extinguatur.

CAP. XXXVI.

1 QVamuis regulariter loquendo, actio, & obligatio accusationis, & denunciationis per mortem delinquentis extinguatur: quandoquidem sicut morte illius extiguitur delictum, quo ad pœnam temporalem, ita extinguitur actio, & Ius denunciationis, vel accusationis; *Ita* Doctores docent communiter, *Angelus, & Imola. & Bartholus in L. Defuncto ff. de publ. Iud.* & patet ex his verbis prædictę legis: *de functo eo, qui reus fuit criminis est pœna extincta.* L. 1. *cum*

S 3 *se-*

sequent. C. si reus, vel accusator L. his, qui in reatu, ad L. Iuliæ Maiestatis L. contra pupillum §. 15. qui ad Maius de re Iudic. L. si pœna ff. de pœnis, L. ex Iudiciorum in fine ff. de accusationibus, L. 1. C. ne ex delicto defunctorum.

2 Nihilominus heresis crimen, ob eius atrocitatem, & immanitatem, morte non extinguitur, sed post mortem puniri potest, habetur id in prattica; nam post mortem heretici imponitur pœna concremationis cadaueri. *Antonius. Gemez. tom. 3. variarum cap. 1. num 79. ad finem, est textus in L. Manicheos. §. 2. versu, in mortem. C. de hæreticis*, vbi dicitur in mortem quoque Inquisitio extendatur. Et est etiam textus apertus *in cap. accusatus, §. in eo verò casu de hereticis in 6.* sic *Simanchas de catholicis Institutionibus tit. 18. rubr. de defunctis. num. 5. & sequentibus. Eymericus in Directorio Inquisitorum par. 3. quæst. 43. & ibi Pegna comment. 42. Farinacius de hæresi quest. 197. §. 4. num. 86.* Multos alios referens. *Castrus Palaus, tract. 4. disp. 8. punct 18. §. 4. num. 1.*

3 Pœnę autem contra hereticos defunctos sunt Infamia, excōmunicatio, Confiscatio discerni bonorum, & denegatio sepulturæ, quia Inquisitores eorum ossa exhumari faciunt, si ab alijs possunt, & comburi; vt docent communiter DD. apud *Farinacium dicta quæst. 197. num. 92.* vide *Pegnam in 2. p. Directorij in repert. cap. si quis Episcopus extra de hereticis, littera. B. in verbo saltem post mortem & vers. sequ,* vbi proponit illam difficultatem, quomodò scilicèt hæreti-

reticus post mortem possit excommunicari pro ut communitèr asserunt DD. si iam viuens ipso iure, & eo ipso, quòd in heresim incidit, excommunicatus est: & hanc difficultatem duobus modis resoluit. Primò, quòd post mortem hereticus non excommunicatur, sed Anathematizatur, hoc est, maledicitur, deuouetur, & execratur; vt per *Alphonsum de Castro lib. 2. de Iusta hæreticorum punit. cap.* 10. Secundò, retenta communi intelligentia, quòd hæreticus post mortem non excommunicatur, sed excommunicatus declaratur.

4 Sed hìc dubitari potest, an hæc obligatio denunciandi reos post mortem militet etiã contra suspectos de hæresi? Et respondetur, quòd aduersus Fautores, defensores, receptatores hæreticorum, & de hæresi suspectos, nequaquam post mortem procedi potest; patet expresè, ex *Cap. Accusatus, §. porrò de hæreticis in. 6.* Ratio est, quia non sunt heretici, sed de hæresi suspecti: solum autem crimen heresis formaliter, post mortem delinquentis puniendum seruatur; ergò non crimen suspectionis heresis; ita pluribus relatis docet *Pegna 3. parte Directorij cõmen.92. vers. Alterum caput,* vbi ait, quòd in hoc crimine, suspiciones quantumuis vehementes, morte reorum extinguntur, sic etiam *Simanchas de Catholicis Institutionibus, tit. 4. rubr. de Accusat. n. 5. & tit 46. num. 77. Repertorium Inquisitor. Verbo, Accusatio, vers. sed An Accusatio habeat locum? Farinacius de hæresi qu. 197. num. 104. Castrus Palaus tract. 4. disp. 8. punct. 16. §. 4. n.*

6. Acunha in Decretum Gratiani p. 1. dist. 23 cap. 14. num. 6. Diana 4. p. tract. 7. resolut. 28.

5 Dubitatur Secundò, intra quantum tempus proponenda est Denunciatio contra mortuos? Variæ sunt *DD.* sententiæ super tempus, quo prescribitur, ne contra defunctum procedi possit. Aliqui enim, neque parui nominis Doctores, affirmant quinquennio præscribi. *Bartholus in L. 2. C. de Apostatis,* asserit intra spatium quinquennij posse procedi contra hereticum defunctum, sic etiam *Glossa ordinaria in L. Manicheos. C. de hæreticis.*

Alij verò opinantur spatio viginti, alij triginta, alij quadraginta annorum prescribj actionem contra hereticos defunctos. Alij etiam inter damnationem memorie defuncti, & confiscationem suorum bonorum differentiam constituunt affirmantes quinquennio prescribi in damnatione memoriæ defuncti, & in confiscatione, quatriennio. *Baiardus ad Clarum. §. hæresis, num. 27. Felinus c. Cum nobis de præscripit. num. 52.* Alij econtra in confiscatione dicunt, intra quadraginta annos præscribi, iuxta *textum in cap. 2. de prescriptionibus lib. 6.* In damnatione verò memorię, & in alijs hæreticorum pœnis, nullo tempore prescribi. sic *Pegna dicto Comment. 92 vers. In qua difficultate breuiter dico.*

6 Et quamuis aliqui recensiores affirment, solo quadraginta annorum spatio prescribi, tum ius confiscandi bona hæreticorom, tum etiam actio damnationis memorię. Sic *Castrus Palaus tract. 4. disp. 8. punct. 16. §. 7. num.* 14. Nihil

hilominus, statuendum est cum *Pegna*, quòd nullis temporum spatijs finitur actio damnandi memoriam heretici defuncti, imò post quadraginta, & plures annos, præscribitur verò quadricennio ius confiscandi bona. Sic etiam *Simanchas. tit.* 18. *num.* 14. *ex. L.* 2. & ibidem *Glossa, & Bartholus* C. *de Apostatis, cap. vlt. de præscripit. lib 6. prima Instructio Hispalensis c.* 20. *Acunha in decret. Gratiani. p.* 1. *dist.* 23. *cap.* 14. *num.* 6. *Diana.* 4. *p. tract.* 7. *resolut.* 28. *vers. Verùm mihi contraria sententia. Sousa in Aphoris.* I*nquisit. lib* 2. *c.* 50. *num.* 1. *Paramus de Origine* S*anctę Inquisit. lib.* 3. *qu.* 4. *num* 83. *Sanchez lib.* 2. *Decalogi, c.* 22. *num.* 4. *Carena,* 2. *p. tit.* 19. *§.* 2. *n.* 6.

7 Sed obijcit *Castrus Palaus loc. cit,* quia ius confiscandi bona hæreticorum quadraginta annorum spatio præscribitur, iuxta textum *in cap.* 2. *de præscriptionibus lib.* 6. sed confiscatio accessoria est memoriæ defuncti condemnatæ. ergò si memoria defuncti, vltra quadraginta annos, damnari potest, & confiscatio ipsa, quæ illi accessoria est, semper intrare debet.

Respondeo, quòd dispar est ratio de actione procedendi contra memoriam defuncti hæretici, & confiscatione bonorum; quia in damnatione memoriæ, ob atrocitatem delicti, nulla datur temporis præscriptio: quo ad confiscationem verò, præscribi magis cõmuniter voluerunt Doctores, eo quod ea bona ab hæredibus illius, cuius memoria damnata fuit, bona fide possessa fuerunt quadraginta annorum spatio, & ideo

facta

facta est præscriptio, vt volunt *Pegna*, *Sanchez loc. cit. & Farinacius de hęresi qu.* 190. §. 9. *per totum à n.* 19. *Sousa in Aphoris. lib.*3. *cap.* 19. *num.* 1. 2. *&* 3. vbi, quòd nulla est dubitatio quòd bona hæc præscribantur; non sic est de damnatione defuncti.

AN IN CASV HAERESIS, PRÆMITtenda sit CORRECTIO FRATERNA antè Denunciationem.

CAP. XXXVII.

1 NOn desunt Doctores, qui negant faciendam esse denunciationem *Iudicialem*, si delictum hęresis occultum est, & speratur, correctione secreta, emendandum; sic tenent *Gundisaluus tit. de hæreticis*, *qu.* 20. *num.* 6. *Repertorium Inquisitorum*, *Verbo denunciatur*, *versic. an quandò proceditur Decianus in tract. criminal. lib.* 5. *cap* 30. *num.* 3. vt refert *Castrus Palaus. tom.* 1. *Operis moralis*, *tract.*4. *disp.*3. *punct.* 4. *num.* 4.

Di-

2 Dicendum tamèn est primò, hæreticum etiam occultum denunciandum esse Inquisitoribus fidei, absque fraterna correctione, hæc sententia cómunior est, & Reipublicę melior, sic *Alphonsus de Castro de iusta hæreticorum punitione, lib. 2. cap 25. Simanchas de catholicis Institutionibus tit. 9. rubr. de denunciat. num. 10. & sequentibus, & in Enchiridion, tit. 23. rubr. de denunciat. n. 5. & sequentibus, Sigismundus Scaccia de Inditijs. cap. 16. num 3. Royas, tract. de hæreticis. 2. p. assertione. 3. num. 81. & in. Singularibus Fidei, singul. 3. num. 21. Pegna in Directorio Inquisit. 2. par. coment. 2. ad cap. Qui alios de hæreticis, versic. quod si quęratur, & Coment. 18. ad cap. Qualitèr, & quandò de accusationibus circà finem, Ioannes Azorius Institut. Morali. tom. 1. lib. 8. cap. 19. quæst. 9. Lorca. 2. 2. disp. 47. num. 23. Bonnes in D. Th. 2. 2. q. 11. art. 4. vers. sed circà solutionem. Farinacius de hæresi, quæst. 197. num. 39. Suarez de fide disp. 20. sect. 4. n. 11. Aloysius Turrianus de fide disp. 89 dub. 2. vers. Tertiò hoc est intelligendum, & in selectis disputationibus, p. 1. disp. 30. centur. 1. dub. 24. Coninch. de fide disp. 28. dub. 8. num. 150. Aloysius Bariola in floribus Directorij Inquisit. p. 2. coment. 18. Fagundez in præcepta Ecclesiæ, præcepto 2. lib. 6. cap. 4. num. 11. & in pręcepta Dęcalogi lib. 1. in primum præceptum cap. 26. num. 7. Peyrinus, tom. 1. de subdito, quæst. 1 c. 16. §. 2.*

3 Est etiam nostrà conclusio de mente *D. Th. 2. 2. quæst. 33. art. 7.* quamuis aliquibus videa

deatur, eum admittere fraternam correctionem in heresi formali. Sed si benè expendantur eius verba, nostram conclusionem ipse confirmat; quandoquidem, sic ait: *Si hęreticus priuatim homines à fide auertat, & quia ille, qui sic occultè peccat, non solum in te peccat, sed etiam in alios: oportet statim procedere ad denunciationem, vt huiusmodi impedimentum impediatur, nisi fortè aliquis firmiter æstimaret, quòd statim per secretam admonitionem poßet huiusmodi mala impedire*, hęc Sanctus Doctor. Vndè *Caetanus ibidèm* expendens verba illa *Sancti Thomę n. si fortè, &c.* aduertit, quòd *raritatem casus admonitionis secretæ denotauit textus, per illa verba, nisi forte, potius quam consilium talis admonitionis in casu illo; ac si dixerit, nisi quod tamen rarißimum est, & ferè numquam eueniet.* Insuper idem *Caetanus*, ex allatis verbis Sancti Thomę tres conditiones requirit in tali casu, vt pręmittenda sit correctio ex mente *S.* Doctoris: Et prima conditio notatur per illa verba: aliquis firmiter. Secunda, quòd statim. Tertia; posset impedire: hoc est in tanto casu, non sufficit, quòd aliquis probabiliter æstimet, neque satis est quòd firmiter ęstimet, quòd aliquandò; neque sufficit, quod firmiter censeat, quòd statim posset, de possibili impedire, sed necessariò requiritur coniunctim hoc totum, scilicèt, quod ille aliquis firmiter ęstimet, quod statim poterit, & de facto actualiter impedire. Ita *Caetanus*. Vide etiam *Alphonsum de Castro lib. 2. cit. de iusta hęreticorum punitione cap. 25.* qui ait; *quia rarissi-*

rissimè contigere potest, vt priuatus homo possit huiusmodi malis mederi, ideò non assertiuè, sed sub conditione, dixit S. Thomas nisi fortè.

4 Sed quoniam regulariter hęretici subdoli sunt, & sub ouina pelle lupum gerunt, ac sæpe fingunt se emendatos, vt facilius suos errores clangulum seminent, & diffundant, ergò presumi non potest, per secretam correctionem eorum emendatio, & quòd huiusmodi mala impediri possint, propterea omissa correctione, immediatè sunt Iudicibus fidei denunciandi.

5 Probatur verò ratione nostra conclusio; quia pręceptum correctionis fraternę est affirmatiuum, quod non obligat in omni euentu, sed solum quandò est spes fructus; sed quandò non spectatur fructus, sed potius detrimentum contra bonum commune, vt in crimine heresis, nulla erit obligatio euangelicę correctionis. Adde, quòd hoc pręceptum militat, spectatis rebus secundum se; secùs verò, si ob commune bonum, lex aliqua lata esset, quę casus communiter contingentes respiceret: tunc enim bonum commune particulari est pręferendum: & potius spectādum est vitare periculum boni communis communiter contingens, quam in vno, vel alio casu vitare damnum alicuius delinquentis. *Ita Ferdinandus de Castro Palao, tract. 4. disput. 3. punct. 4. n. 5.*

6 Secundò probatur ratione etiam *Sancti Thomæ loc. cit.* quòd ordo correctionis Euangelicæ: *si peccauerit in te frater tuus corripe eum Matthei.18.* locū solū habet, quando peccatum est

est commissum contra te; si verò non solum in te peccat, sed etiam in alios; oportet statim procedere ad denunciationem, pretermissa fraterna correctione. Vndè idem *Sanctus Tho. in cap.* 18. *Matthei* in verba illa, *si peccauerit in te*, *Ex Glosa*, sic ait; *Si iniuriam, vel contumeliam intulerit tibi, Vnde vult dicere, quòd peccatum factum contra nos remittamus; sed peccatum, quod fit contra Deum nos remittere non possumus*, hec S. *Tho.* At crimen hæresis quadam speciali ratione est immediatè contra Deum commissum, vt ait *Simanchas tit.* 19. *n.* 13. Ergò non pertinet ad ordinem Euangelice correctionis.

7 Probant tertiò multi Doctores non contenendi, quia heretici non sunt fratres Euangelici, licèt sint fratres natura, id est proximi, & per consequens ordo Euangelicus cum eis non est seruandus, vt adnotauit *Archidiaconus in cap. Si si peccauerit. 2. qu. 1. Panormitanus in cap. Nouit. de Iudicibus*, & alij. Quod autèm heretici non sint Fratres Euangelici, nititur probare *Alphonsus de Castro loc. cit.* ex Patribus *Theophilacto, Tertulliano, & D. Augustino.* Verùm tamèn hoc non placet *Suario de fide disp.* 20. *sect.* 4. *n.* 11. Tum quia, lex illa correctionis est naturalis, & est lex charitatis; & ideò ad omnes proximos nature extenditur, sicut & charitas. Tum quia hereticus ratione baptismi inter fratres numerari potest.

8 Vera igitur explicatio illius Euangelici precepti magis cõmunior est. Christum Dominum ibi loquutum fuisse de correctione Euangelica, que

quę ordinatur ad ſolam emendationem ſolius fratris, quę ſemper pręrequirit fraternam monitionem, & ideò ibi ſemper ille ordo eſt ſeruandus, extra hęreſis crimen; quia per ſecretam admonitionem poteſt finis intentus ſufficienter obtineri. Hìc autem agimus de denunciatione Iudiciali, quæ non ſolum pertinet ad finem ſolius emendationis fratris peccantis, ſed ſpectat ad alium finem, nempè ad bonum commune ſpirituale immediatè; quod ſemper præferẽdum eſt bono priuato, ac particulari; & ideò hæc denũciatio iudicialis nõ cõpræhẽditur ſub illo pręcepto, de quo ibi Chriſtus loquitur, vt de ſe patet, ſic *Fagund. lib.* 1.*in* 1.*pracept.Decal.c.*26. *num.* 13. *Diana, p.* 1. *tract.* 4. *reſolut.* 2. *Carena* 2. *p. tit.*9.*§.*4.*n.*18.*verſ.Tertiò, quia duplex eſt denunciatio.*

9 Nequè obſtat illud *D. Pauli ad Titum.* 3. *Hæreticum hominem poſt vnam, & ſecundam correctionem deuita*; vbi ſupponit Apoſtolus, hęreticum prius eſſe fraternè corrigendũ, quàm deferatur ad Iudices, aut deuitetur; nam *D Paulus* ibi non ad quoſcumque ſententiam illam dixit; ſed ad Epiſcopum *Titum*, adque n ex officio pertineat hæreticum iudicare, & per ſententiam excommunicationis euitare ab alijs, vt optimè explicat *Simanchas, tit.* 19. *cit. n.* 14. *& Nicolaus Liranus, ac D Tho. ad eumdem locum Pauli* interpretantur, velut alij reſpondent Paulum loquutum fuiſſe ibi cum Tito Epiſcopo, & quia Eccleſia eo tempore uires non habebat ad cremandos, & puniendos hæreticos in Iudicio

con-

conuinctos; solum restabat eos deuitare, & excludere à cõmunicatione fidelium: cogendo scilicet fideles, vt eos deuitarent; supponit ergò D. Paulus iam fuisse denunciatum illum hæreticum, atque in Iudicio conuinctum; quare non est similis casus, vt de se patet.

10 Dicendum secundò, præscindendo ab Edicto Dominorum Inquisitorum, audientem secretò quempiam proferentem hæreticam propositionem ex Ignorantia, & simplicitate, nec sibi constat, eum, qui huiusmodi propositionem protulit, esse hæreticum, debere secretò per fraternam correctionem admonere, priusquam illum ad Inquisitores fidei denunciet. Ita *Pegna secunda par. Directorij Inquisit. coment*, 18 *ad cap. qualitèr, & quandò de Accus. in fine. Alphonsus à Castro loc. cit. concl.* 2. *Graffius* 1. *par. Decis. lib.* 2. *c.* 69. *num* 18. *Toletus de Instruct. Sacerdotum, lib.* 4. *c* 5. *n.* 1. *Martinus De rio lib.* 5. *disquisit. Magicar sect* 4. *num.* 6. *vers. secundò si constat. Bariola loc. cit. Peyrinus tom.* 1. *de subdito quæst.* 1. *c.* 16. *§.* 2. *Bonacinsa tract. var. disp.* 6. *punct.* 2. *§.* 8. *num* 5. *vers. Si verò non sit hæreticus ex malitia &c.* & alii.

11 Et ratio potest esse, quia ignarantia in crimine hæresis solet excusare, vt alibi diximus: ergò pari ratione potest denunciatio iuridica prætermitti, si per fraternam monitionem emẽdatio sequatur. Et quamuis hæc vera sint, stando in iure naturæ; nihilominus etiam post Edictum Dominorum Inquisitorum de hæretico deferen-

ferendo, fortassis non presumitur, quòd velint Inquisitores sibi fieri denunciationem, neque ratione eruditionis proximi, cum iam sit sufficienter emendatus per correctionem, vt supponitur, neque ratione punitionis, cum ille, qui per ignorantiam errauit, non sit regulariter puniendus,

12 Hinc *Bonacina loc. cit.* de rigore Iuris asserit: non videri denunciandos Concionatores, qui inter concionandum aliqua proferunt ex incuria, vel inconsideratione. Ratio est, quia non est presumendum, ipsos velle contrauenire Iudicio Ecclesię, aut ea dixisse cum plena denunciatione, & aduertentia; ita vt velint errori adherere; nisi alitèr de ipsorum mente coniiciatur.

13 Dicendum tertiò Suspectum de heresi absque preuia fraterna correctione, esse denunciandum Inquisitoribus, etiamsi per Euangelicam correctionem emendatio credatur; stante quòd Inquisitorum edictum publicatur de heretico, siuè suspecto de heresi denunciando; licèt stando in solo iure naturę, probabile sit, posse quempiam à denunciatione cessare, si firmiter credat per secretam monitionem fore huiusmodi de heresi suspectum emendandum; ratio est, quia hìc agitur de denunciatione iudiciali, quæ, vt dictum est, non pertinet solum ad emendationem fratris peccantis, sed ad bonum commune spirituale, quod semper bono priuato, & particulari preferendum est.

14 Nec obstat ad preceptum Inquisitorum

preceptum à Christo Domino latum, de Correctione fraterna premittenda; quia Christi preceptum est de peccatis, que non vergunt in damnum commune, & tertij, vt satis constat ex illis verbis; *Si peccauerit in te*. Vnde Lamie, & Strige semper sunt denunciande, nulla precedente monitione, etiam quòd eorum crimen cum heresi non sit coniunctum. Sic *Martinus Delrio loc. sup. cit.* & ex eo *Farinacius de haeresi quaest.* 197. *num.* 39. probat *Delrius*, quia Lamie semper sunt valde partinaces, & vix fieri potest, vt ex ignorantia peccent; & mora semper est alijs damnosa. Eadem ferè ratio militat de alijs Maleficis, & Sortilegis. Sic etiam de Blasphemia, si sit coniuncta cum heresi, absquè fraterna correctione, denunciandam esse docent *Turrianus* 2. 2. *de fide disp.* 38. *dub.* 3. & *Fagundez in praecepta Eccles. praecepto* 2. *lib.* 6. *c.* 4. *n.* 12.

Verùm specialis difficultas controuertitur de Confessario solicitante ad turpia, an sit denunciandus Inquisitoribus fidei, absquè preuia correctione fraterna? Pro quare.

15 Dicendum est quartò, Confessarium solicitantem ad inhonesta in Sacramento pœnitentie, vel immediatè antè, vel post, vel intuitu Confessionis, pretermissa fraterna correctione, esse denunciandum. Ita docent *Ioannes Sanchez in selectis disputationibus, disp.* 11. *num.* 56. vbi laudat *Areualum de correctione fraterna folio* 188. *sic etiam Gordonus in Theologia morali tom.* 2. *lib.* 6. *quest.* 12. *c.* 25. *§.* 2. *n.* 63. *Bonacina tract. var. disp.* 6. *punct.* 3. *num.* 9. *vers. ex*

quo

quo patet, *Paramus de orig. Sanctæ. Inquisitionis qu.* 10. *num.* 4. *Enriquez lib.* 6. *c.* 17. *num.* 4. *in Glossa.littera*, *Et Rodoricus Acunha de Confess. solicit. quæst.* 18. *num.* 11. *& ibi Freytas in Additionibus*, *vbi num.* 30. probat non esse præmittendam correctionem fraternam in Confessarijs solicitantibus, licèt probabiliter posset quis arbitrari eum ex dicta correctione emendatum. *Diana p.* 1. *tract.* 4. *resolut.* 2. *& p.* 4. *tract.* 5. *resolutione.* 24. *Trimarchius de Confessario abutente disputat.* 12. *sect.* 2. *num.* 15. *& alij* apud ipsum.

16 Est verò nostra conclusio contra *Fagundez in præcepta Ecclesiæ*, *præcepto* 2. *lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 31 *Portel in Additionibus ad dubia regularia verbo solicitare*; *Castrum Palaum tom.* 1. *tract.* 4. *disp.* 9. *punct.* 10. *n.* 2. *Peyrinum loc. cit.* & alios quos refert *Diana locis citatis*.

Sed reuera, si horum opinio expendatur, non absolutè multi ex his illud docent; sed sub conditione; quod certò speretur emendatio futura per fraternam monitionem; & mouentur isti authores ex ratione, & verbis Sancti Thomæ supra allatis, qui loquens de hæretico ait; *Nisi fortè aliquis firmiter æstimaret, quòd statim per secretam monitionem posset huiusmodi mala impedire;* quæ sententia intelligenda est, cum conditionibus superius explicatis in prima conclusione; quòd scilicèt firmitèr, statim, & de facto, æstimetur correctio futura. Sed ipsimet authores contrariæ sententiæ existimant in Confessario solicitante rarò per secretam cor-

rectionem sperari pòsse emendationem, ac proindè raro cessare obligationem illum Inquisitoribus denunciandi. Ergò ruit omne fundamentum, in quo eorum opinio fundatur. Et ita *Peyrinus*, & *Castrus Palaus locis citatis* obseruant. *Ait enim Peyrinus: Verùm quidèm est, quòd in istis delictis vergentibus in damnum communicatis, vt in proditione, haresi, & isto solicitationis mulierum, raro potest sperari emendatio per fraternam correctionem, ideò rarò hæc erit adhibenda*. Eodem ferè modo *Castrus Palaus* asserit; *raro autèm existimo hanc emendationem, hac correctione secreta sperari posse, ac proindè rarò cessare obligationem denunciandi*; ergò cum in Confessario solicitante non speretur emendatio per fraternam correctionem, illa pretermissa, erit Inquisitoribus denunciandus.

17 Probatur verò nostra conclusio ratione desumpta ex eodem *Sancto T. tom. 2. 2. quæst. 33. art. 7. ad 3.*; quia quandò ex peccatis occultis imminet periculum multitudinis corporale, vel spiritnale, non habent ibi locum verba Domini, *Si peccauerit in te frater tuus:* quia frater tunc peccans, non peccat in te, tantùm, sed in crimine solicitationis est periculum spirituale multitudiuis, ergò cessat obligatio fraternæ correctionis, etiam ex naturæ Iure.

Minor autèm probatur, quòd scilicet in crimine solicitationis sit periculum spirituale plurium animarum, ex eo; quia si Confessarius solicitans prius esset corrigendus, quàm denunciandus, lata nimis via aperiretur solicitationi

erga

erga plures mulieres; cum posset vafer confessarius impunè solicitare, fretus, aut quòd lasciuiam explebit, si fortè mulier solicitationi assentiatur; aut quòd corrigetur, si dissentiat solicitata, quarè cum in potestate solicitátis sit, se emendatum esse ostendere; in eius item voluntate erit denunciationem vitare, & plures animas libidinis veneno inficere posset.

18 Adde quòd idem *S.Thom.* 2. 2.*dict. quæst.* 33.*art.*2.*ad* 3.asserit aliquandò esse actũ charitatis fraternam correctionem omittere, quandò scilicet damnum tertiò imminet, & affert *Sanctum Augustinum lib.* 1. *de Ciuit. Dei*, *cap.* 9. dicens; *Nam si propterea quisquè obiurgandis, & corripiendis malè agentibus parcit. quia vel metuit ne deteriores ex hoc efficiantur, vel ad bonam vitam, & piam erudiendos impediant Infirmos alios, & premant, atquè auertant à fide, non videtur esse cupiditatis occasio, sed consilium charitatis*, hæc Augustinus; ergò erit consilium charitatis omittere fraternam correctionem in solicitantibus, ne mulieres infirmas præmant, & à bona vita impediant, atquè auertant.

19 Probatur secundò alia ratione nostra conclusio, qua in prima conclusione probauimus, hæreticum esse denunciandum, non seruata regula Euangelicæ correctionis, quæ etiam militat in casu nostro; quod præceptum fraternæ correctionis est affirmatiuum, quod non semper obligat, nisi solùm quandò speratur fructus. *Cap. si quis autem vers. item si scirem de pœnit. distin.*8.*D.Thom.* 2. 2. *quæst.* 33. *art.* 6. *in corp*

Nauarrus dic. cap. inter verba, num. 626. Couarruuias de sponsal. 2. p. cap. 6. §. 9. num. 8. Sed in crimine solicitationis, regulariter loquẽdo, nõ est spes, quòd criminosus secretè admonitus emendabitur, vt fatentur etiam authores contrariæ sententiæ; quandoquidem procedit ex deprauato animo, existimandique sunt hoc scelus perpetrantes, perditissimis moribus infecti; ergó non sunt secretò admonendi per fraternam correctionem, sed statim denunciandi. Et confirmatur minor *ex S. Thom. quodl.* 11. *art.* 12. vbi sic ait: Credo, quòd si esset aliquod peccatum carnale: quod vergeret in detrimentum multitudinis, statim esset denunciandum; sed tale est crimen solicitationis; ergò cessat obligatio fraternæ correctionis. Vndè quantumuis solicitans priuatim monitus asserat, aut etiam curet se ab eiusmodi crimine omninò cessaturum; non possumus illi fidere; quia facile pœnitentiam fingit, vt animum impudicum occultet; aut si eum iam verè pœniteat, facilè postea data occasione ex Confessione mulieris aperientis in Confessione sua crimina, & sensuales inclinationes, ad solicitationem redibit. Ad præcauenda igitur huiusmodi mala non magni curandum est de fama nocentis, qui sua culpa id sibi molitus est, & denuntiatio fieri debet.

20 Probatur Tertiò, quia etiam si standoin iure naturali, excusari posset à denunciatione suspectus de hæresi, si firma, & moralis certitudo erit de eius emendatione per fraternam correctionem; adhuc tamen erit obligatio denunciandi,

præ-

Pretermissa ipsa fraterna correctione, ex præcepto Dominorum Inquisitorum, statim denunciandi suspectos de hæresi, & solicitantes in Confessione ad inhonesta; vt patet ex edictis, quæ in singulis fidei actibus publicantur, in quibus id præceptum imponitur, vt docet *Simanchas tit. 19. n. 12. & Pegna in 3. p. Directorij Inquisit. comment. 12.*

21 Quòd autem possint Domini Inquisitores per edictum præcipere, vt prædicti solicitantes absque vlla fraterna admonitione præmissa, statim denuncientur. probat, & fatetur *Fagundez secundo præcepto Ecclesiæ lib. 4. c. 3. num. 85.* primò, quia tanta esse poterit dissolutio ex parte Confessariorum, & tanta negligentia ex parte personarum, quæ solicitantur in denunciando; vt nisi ita præcipiant, medicina in venenum, & Confessionis Sacramentum in animarum carnificinam, perhorrendum Sacrilegium conuertatur. Secundò quia possunt Inquisitores, ob experientiam, quam habent, Iudicium de spe emendationis prædictorum solicitantium ad se reseruare, & nulli alteri committere, quàm sibi ipsis; quippè qui tamquam Docti, & in ea re experti securius rem expendent, & conuenientius remedium applicabunt.

22 Et quòd Domini Inquisitores præterea possint huiusmodi præceptum per edicta imponere, nulli dubium est, cum in ea re Apostolica authoritate vtantur, vt docet *Suarez de fide disp. 20. sect. 4. num. 11. Areualus de correctione fraterna, folio. 188. concl. 6. proposit. 6. Ioannes*


Sanchez Disp. 11. *cit. n.* 56. Tale autem præceptum non minorem vim habet, quam lex Canonica; quamuis enim præceptum sit, & per modum præcepti feratur; tamen quia Tribunal à quo procedit, perpetuum est, ideò per modum legis perpetuò durabit, & supposito etiam præcepto diuino de hæretico denunciando, & naturali de bono communi præferendo bono particulari; optimè Ecclesia cum pœnis grauissimis excõmunicationis suum præceptũ adiungit, vt metu pœnarum Ecclesiasticarum melius præceptum naturale seruaretur, vt expressius docet *Suarez lot. cit. num.* 21. *fine*.

23 Verùm addit *Fagundez in præcepta Ecclesię loco. cit.* sibi non constare, an Inquisitores per edictum velint excludere monitionẽ fraternam in eo casu, quo certò, & moraliter constat, de emendatione solicitantis, nec sibi constare asserit, qualis sit praxis Inquisitionis Castellæ; quarè prædicta praxis, si de illa cõstiterit, seruãda erit: si verò non constiterit interrogandi sunt Domini Inquisitores, an per illa edicta monitionem fraternam intenderint excludere. *S*ed mihi certissimè constat in nostra *I*nquisitione Sicula, quòd Domini *I*nquisitores per edicta excludere prorsus intendunt in crimine solicitationis fraternam monitionem: immò deplorãt, quòd aliqui inhonesti Confessarij, fræti beneficio correctionis fraternæ, nimis cum libertate Sanctitatem, & puritatem Sacramenti pœnitentię conuertunt in corruptelam, & deceptionem animarum.

*S*ed

24 Sed obijcies præceptũ de fraterna correctio ne est de *I*ure diuino,& naturali ; *Si peccauerit in tè frater tuus*; vt famæ, & bonæ,opinioni proximi consulatur;ergò per præceptum positiuum Inquisitorum omitti non potest faterna monitio;

Respondeo,quòd præceptum Christi de fraterna correctione militat in peccatis, quæ non vergunt in damnum cõmune, & Tertij, vt *Su*pra satis ꝓbauimus,ex illis verbis: *Si peccauerit*: lex autem,& præceptum Inquisitorum ob bonũ commune latum est. Praterea hìc agimus non de enunciatione Euangelica, quę ordinatur ad solam emendationem solius fratris, sed in casu solicitationis, & in hæresis suspicione agitur de denunciatione iudiciali, quæ solùm pertinet ad alium finem, nempè ad bonum commune spiritnale immediatè, quod præferendum semper est bono priuato, ac particulari; & ideò denunciatio *I*udicialis non compræhenditur sub illo præcepto,de quo Christus loquitur in illo loco *Matthei* 18. *Ita. Fagundez in præcepta Decalogi:præcepto.* 1.*lib. c.* 26. *n.*13: *& alij*



D E

rij inter Bullas Apostolicas, folio mihi 127. Statuit vt Inquisitores possint in hac causa procedere contra quoslibèt Religiosos, & exemptos; dummòdo à suis superioribus non fuerint præventi. Licèt quo ad hanc partem affirmet *Pegna dicto Comment.* 77 *vers. tamen si verò*, quòd illa extrauagans numquam fuit vsu recepta.

2 *Sed Paulus V. in sua Constitutione*, 26. *incipiente Romanus Pontifex edita calendis Septembris anno.* 1606. expresse reuocat, cassat, & abolet omnia, & quęcumque Priuilegia Religiosorum Ordinum, quibusuis Prelatis per dictum *Pium IV.* ac quoscumque Romanos Pontifices concessa, cognoscendi causas ad Sanctum Officium quouis modo spectantes. Simulque prohibet, ne Regularium Superiores in causis ad Sanctum Inquisitionis Officium pertinentibus se intromittant, aut procedant, causas etiā coram ipsos pendentes ad Sanctum Officium auocat, easque omnes Inquisitoribus, vel Ordinarijs locorum vicinioribus terminandas committit, sub pœna inhabilitatis, priuationis vocis actiuæ, & passiuę, & omnium aliarum pœnarum à Iure impositarum contra fautores hęreticorum, & impedientes Sanctum Officium, & excommunicationis sibi reseruatę. Tenorem autem allatę Bullę refert *Diana in fine.* 4. *p. inter Bullas Apostolicas spectantes ad Sanctum Officium folio mihi.* 468 *& Campanili in diuersorio iuris Canonici rubrica.* 12. *c.* 13. *num.* 138. quam etiam Constitutionem inter alias perlegi mandat *Sanctissimus Dominus noster Vrbanus VIII.*

in

in singulis Religiosorum Capitulis, & Congregationibus, & quolibèt anno in publica mensa feria VI. *post octauam Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis* ex *Constitutione edita.* 14. *Aprilis.* 1633.

3 Hinc est, quòd si Regularium Superiores in prędictam Constitutionem delinquũt, aduersùs eos Inquisitores animaduertere, & procedere possunt; atquè ipsi Superiores ab excommunicatione dictę Bullæ, quæ Summo Pontifici est reseruata, sunt absoluendi, de qua *Bonacina tom. 3. de censuris in particulari disp. 2. quest. 9. punct. 7. & Filliucius, tom. 1. tract. 15. cap. 8. num. 196.*

4 Eodem ferè modo procedere possunt Domini Inquisitores contra Superiores Regulariũ, si quoquomodò impedire pręsumpserĩt subditũ Regularẽ, ne stati hęreticos, vel de heresi suspectos denũciaret, vt *in dicta Bulla.* §. 3. volẽtes, & expressè mãdãtes, vt ipsi Religiosi possint, & debeant omnes, etiam Ordinum huiusmodi professores de hęresi suspectos, Inquisitoribus, vel Ordinarijs locorum vicinioribus liberè denũciare, absquè eo quod Superiores pręedicti personas denunciantes, & causas perquirere, vel quoquomodò id impedire, vel retardare audeant, seu pręsumant.

5 Huc etiam spectare potest quoddam decretum *Pij. V. sub die* 17. *Agusti* 1567. per quod precipitur, vt Regulares recurrentes ad Sanctũ Officium, vt in eo testimonium prehibeant, ne grauẽtur à suis Superioribus per quinquennium con-

continuum à die recursus, nequaquàm à suis Superioribus molestari possunt; Nisi prius ipsis Eminentissimis Cardinalibus Generalibus Inquisitoribus consultis, quod decretum refert *Peyrinus tom 2. Priuilegiorum Constitutione.9 Pauli. V. num.28. & Lezana in Summa dicto cap.18.* & affert etiam *Diana post. 4. p. inter decreta, & Constitutiones Pontificum Spectantes ad Tribunal SanctiOfficij. folio mihi.* 497. in hæc verba.

Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa. V. in Generali Congregatione Sancti Officij, consulens libertati ipsius Sancti Officij, & Indemnitati recurrentium ad illud, vel in eo testimonium perbibentium, statuit, & decreuit, vt Regulares quorumuis, etiam mendicantium Ordinum personæ, quæ pro tempore ad officium Sanctæ Inquisitionis pro quocumquè negotio recurrerint, seu confugerint, vel in eo testimonium prrbibuerint veritatis, aut alias quomodolibèt deposuerint, nequaquàm à suis Superioribus per quinquennium continuum à die recursus, seu Depositionis huiusmodi molestari, vel ex quacumque causa, vel excessibus prętensis personarum illarum, & de debitis propter ea pœnis, seu pœnitentijs eisdem imponendis, nisi ipsi Illustrissimi Cardinales Inquisitores Generales certiores facti fuerint, vel eis alitèr clarè notificatum, & ab ipsis Cardinalibus desuper responsum fuerit

6 Dubitari hìc autèm potest, an sint de hæresi suspecti Regularium Superiores non denunciantes suos subditos de heresi suspectos, seu impedientes quoquomòdo, vel retardantes Religio-

giosos sibi subditos, ne huiusmodi de heresi suspectos denuncient? In qua re illud certum est, ex communi Doctorum sententia, quòd omittentes hæreticos denunciare, cum teneãtur, vltra alias pœnas suspecti etiam sunt de heresi, fautoresque per hoc hereticorum dicuntur. *Ita Repertorium Inquisitorũ in verbò, fautores, vers. Item in iudicando. Decianus in tract. criminali lib. 5. cap. 51. num. 25. Pegna in Directorio Inquisitorum p. 2. comment. 68. versu, postremo. Duardus ad Bullam Cœnę Domini, lib. 2. canone. 1. quęst. 32. num. 29. Farinacius de hæresi quæst. 197. §. 2. num. 38. Sanctarellus de hæresi cap. 9. num. 19.* alios referens. *Carena. 2. p. tit 9. §. 8. num. 26.* vbi animaduertit cum *Farinacio dicta quęst. 197. n. 48.* hoc maximè locum habere in Cruce signatis, ad quos ex Officio, & ex proprio Iuramento munus denunciandi huiusmodi hæreticos spectat.

7 Sed tamen par ratio militate videtur in casu nostro: quandoquidem Summus Pontifex in allata Constitutione præcipit Regularium Superioribus, vt quasi ex Officio debeant suos subditos hereticos, vel de hæresi suspectos reuelare Inquisitoribus. Hinc est, quòd supradicta excommunicatio in allata Bulla solùm contra Superiores lata est, vt notat *Benacina loc. cit. n. 6.*

8 Hec autem omnia nulli dubium est vera esse, & locum habere in omittente denunciare hereticos formales; sed difficultas oriri potest de Superioribus non reuelantibus suspectos de heresi, vel de ijs, qui quoquomòdo impedire, vel re

tar-

tardare audent personas huiusmodi denunciandas ? pro quā re, *Carena tit. 9. §. 8. num. 40. in 2. par.* loquens vniuersaliter de omittentibus denunciare suspectos de hęresi, ait: quòd tales nō denunciantes non sunt de hęresi suspecti, licèt puniri possint omnibus pœnis in edictis Inquisitorum statutis. Mouetur ex eo, quòd aliàs cōtra omnes regulas Iuris presumptio oriretur ex prę sumptione, & suspicio ex suspicione. Et ex hac regulā idem dici posset de superioribus omittentibus denunciare suos subditos de hęresi suspectos.

9 Nihilominus *Filliucius tom. 1. tract. 15 c. 8. n. 196.* in proprijs terminis ait, superiores Regularium, qui Religiosos suos de hęresi suspectos non denunciauerint Inquisitoribus, vel ordinarijs locorum vicinioribus esse de hęresi suspectos. Quę sententia ex eo mihi etiam probatur, quia *Paulus V. in allata Constitutione §. 3. vers. Volentes*, expressè loquitur de Regularibus non reuelantibus suos subditos de hęresi suspectos, vel audentibus impedire, vel retardare huiusmodi personas suspectas denunciandas; quòd si contra prędicta deliquerint, eos omnes incurrere in pœnas contra fautores hęreticorum, & impeditores Sancti Officij statutas: sed fautores hęreticorum, & impeditores Sancti Officij sunt de hęresi suspecti; ergò & Regularium superiores suos subditos non reuelantes non solum pœnis statutis in edictis Inquisitorum sunt puniendi, sed etiam erunt de hęresi suspecti, vtpotè fautores hæreticorū; & Impeditores S. Officij.

10 Ad

10 Ad rationem in contrarium respondeo, hanc hęresis suspicionem nõ oriri ex suspicione, sed ex fautoria, quę crimen reale est, & ab Ecclesia punibile, contra quod Summus Pontifex excommunicationem tulit sibi reseruatam.

Verùm tamèn est, vt aminaduertit *Bonacina de censuris in particulari disp. 2. quęst. 9. punct. 7. num. 4.* quòd vt incurratur excommunicatio ad actionem impediendi requiritur audacia, seu pręsumptio, quia in Bulla dicitur: quoquomodò id impedire, vel retardare audeant, vel pręsumant, pari ratione dicerem requiri eamdem audaciam ad incurrendam hæresis suspicionem, & pœnam fautoriæ.

11 Sed quæres, An superior Regularis excómunicationis pœnam, & hæresis suspicionem euadat, si per se ipsum non denunciauit Religiosum subditum, quem de hæresi suspectum esse audiuit, sed curet eum denunciari ab eo, à quo audiuit?

Et respondetur ex eodem *Bonacina loc. cit. n. 7.* euadere omnes pœnas, quia iam satisfacit fini, & intentioni legis, cum denunciatio superioris per se ipsum maiorem notitiam, & cognitionem non pariat, quam per alium, à quo audiuit, vt in casu supponitur.

AN

AN CONFESSIO EXTRAIVDI-ciaria.

IN CRIMINE hæresis faciat plenam probationem.

CAP. XXXIX.

1 CONfessio extraiudicialis, seu extra *Ius* (vt Doctores antiqui frequentius appellare consueuerunt) est Manifestatio actus proprij, vel priuationis actus, extra Iudicium competens facta. *Sic Sousa in Aphoris. Inquisit. lib. 2. cap. 21. num. 1.* Quęrimus autèm hìc an huiusmodi Confessio in crimine hęresis plenam probationem pariat? Pro qua re.

2 Animaduertendum est primò, quòd delicta sunt in duplici differentia; alia enim sunt, quę habent corpus delicti, & vestigia relinquunt

V vt

vt Criminalistę loquuntur, huius generis sunt homicidium, adulterium, furtum &c. alia crimina nullum vestigium relinquunt, Et sunt purè interna, quę solo animo committuntur, vt est hęresis crimen: quam distinctionem amplectuntur *Farinacius de reo confesso, & conuincto, qu.* 82. *num.* 10. *Albertinus de agnoscendis catholicis assertionibus quęst.* 25. *num.* 3. *Thomas Triuisanus lib.* 2 *decis.* 38. *num.* 7. *Vincentius Mancini de Confess. extra iudiciali, cap.* 3 *art.* 2. *num.* 20. *Illustrissimus Dominus Trasmiera de Polygamia lib.* 2. *qu.* 15. *n.* 17.

3 Animaduertendum secundò, quòd in criminibus, quę habent corpus delicti, Confessio extra Iudicialis non facit plenam probationem; sed solum Inditium ad torturam. *Glos. Celebris in L. capite quinto. ff. de Adulter. Felynus cap. olim, num.* 5. *de rescript. Clarus §. finali, quæst.* 21. *num.* 19. *quamplures referens. Rota Roma. decis.* 180. *in Nouis. Pegna* 3. *p. Directorij, comment.* 110. *in Appendice, vers. ergò pręter memorata s. Sousa lib.* 2. *cit. cap.* 21. *num.* 9. *Hector de Guido de Confessione Iudiciali, & extraiudiciali, par.* 2. *cap.* 4. *n.* 1. *Diana.* 4. *par. tract.* 6. *resolut.* 12.

4 Verùm ex *Baiardo in Addit. ad Iulium Clarum, quæst.* 21. *num.* 112. *& Menochio de pręsumptionibus lib.* 1. *quæst.* 89. *num.* 16. quatuor conditiones requiruntur ad hoc, vt Confessio extraiudicialis sit inditium ad Torturam. Prima quòd sit verisimilis, atque ita causā preexistentem habere debet, alitèr speciem falsita-

tis præsefert. *Bald. in L. si quis, in hoc genus, num. 3. C. de Episcopis, & Clericis: Viuius opin. 138. num. 7. Carrer. in prattica crimin. in princi nu. 121. verf. Intellige dummodo. Rota decis. 5. de exception. in antiquo. Vicentius Mancini de extraiudiciali Confessione, cap. 3. art. 2. num. 8. Hector de Guido loc. cit. p. 3. cap. 4. n. 60. Diana 4. p. tract. 6. resolut. 12. Carena p. 3. tit. 10. §. 9. num. 60.*

5 Requiritur secundò, quòd hec confessio seriò, & non iocosè facta fuerit, nec emanata calore iracundiæ; tunc enim nec inditium ad torturam faceret. Vt per Text. & ibi *Glossa in cap. ex litteris de Diuor*: tenuit *Abbas cap: At si Clerici, num.* 15. *cum* non debeat lubricum linguæ ad pænam facilè trahi. *L. famosi, ff. ad L. Iuliæ maiestatis. Menoc. de præsumpt. lib. 1. quæst. 89. num. 17. & 19. Mascard. lib. 1 Conel. 350. n. 14. & sequent. Hector de Guido loco, cit. num 46. Sousa in Aphoris. loc. cit. n. 7. Diana loco item cit.*

6 Tertium requisitum quòd Confessio non sit generica, sed specialis & clara: quandoquidem generica non faceret Inditium ad Torturam. *Bald. in L. Quoniam ff de his qui notan. infam. Menoch. de præsumpt. lib. 1. quæst. 89. an. 16 vsquè ad 20. Gomes, de debitis, cap. 13. n. 8. Carrerius in prattica crimin. in principio, n. 121. verf. intellige dummodo. Boss. de Confess. n. 43. Foller. in sua prettica in tit. & si confitebuntur. num. 13. part 2. Hector de Guido, num. 52. Macini. num. 10. Sousa lib. 2. cap. 21. n. 5. Diana dicta resolut. 12.*

V 2 Vlti-

7 Vltima Conditio eſt, quòd hæc Confeſſio ſit bene probata teſtimonio duorum teſtium conteſtium. *Viuius opin*, 138. *num. 6. Carrerius in dicta pratt. crimin. num.* 121. *Maſchardus lib.* 1. *Concluſione.* 379. *num.* 1. *& ſequentibus. Menoch. de præſumpt. lib.* 1. *qu* 89. *n.* 21. *Mancini, n.* 3. *Souſa, n.* 9. *Diana. loc. cit.*

8 Confeſſio probata à teſtibus ſingularibus etiam mille non facit inditium ad Torturam, *Carrerius in principio cit. n.* 121. *verſu, Limita item*, *Mancini loc. cit. n* 5. Sed tamen *Souſa loc. cit. n.* 10. aſſerit, quòd Confeſſio extraiudicialis ſufficienter probatur teſtibus ſingularibus quorum Singularitas eſt adminiculatiua, preſertim in crimine hereſis, inquò plenè concludunt; ex *Maſcardo, lib.* 1. *concl.* 379. *n.* 9. & ſequitur *Diana, loc. cit.*

9 Animaduertendum Tertiò, quòd interdum Confeſſio extraiudicialis E. G. Adulteri, vel adducitur ad probandum crimen adulterij, & tunc non remanet probatum delictum, ſed facit tantummodò inditium, quod cum ſit à delicto remotum, vt legitimum ſit, neceſſariò perduos teſtes, vtiquè conteſtes, & omni exceptione maiores probari debet. Vel Confeſſio extra, iudicialis adducitur aliquandò ad probandum nouum delictum, ſcilicet ad probandam iactãtiam de delicto E. G. ſi quis extraiudicialiter fatea tetur ſe commiſiſſe homicidium; tunc ipſa Confeſſiò extraiudicialis in iudicio adducta, & probata non probat homicidium, ſed plenè probatur ipſa gloriatio de delicto, quę iactantia quodam-

dam nouum delictum est, & in hoc casu procedit *textus in cap. Quàm sit graue tit. 31. de excessibus prælatorum*, vbi Papa ex Confessione extraiudiciali cuiusdam Clerici Adulteri, eum priuauit omnibus beneficijs, ob gloriationem deflorate Virginis. *Ita Rota decis. 1. de Confessione in Nouis. & Cantera in quæst. criminal. c. 2. de Inditijs Sufficientibus ad Torturam, num. 21. Dominus Trasmiera dicta. quæst. 15. n. 5. Carena. par. 2. tract. 12. §. 31. à n. 259. Hisp. Animaduersis*

10 Dicendum est primò, confessionem extraiudicialem in crimine heresis, quòd in animo consistit, facere plenam probationem. Ita *Follerius in prat. criminal: in Verbo, & si confitebuntur. p. 2. num 26. & sequentibus. Albertinus de agnoscendis catholicis &c. quæst. 25. num. 10. Farinacius de reo confesso & conuincto qu. 82. num. 10. Sousa loc. cit. num. 4. Thomas Triuisanus lib. 2. decis 38. num. 7.* vbi affert, ita Venetijs in Congregatione Sancti Officij, ipso consulente, decisum fuisse: *Cantera cap. 1. de probatione per Confessionem. num. 10.* vbi quòd quandò Confessio extraiudicialis transit in specificum nomen delicti plenè probat & ex eo daretur pœna ordinaria delicti. V. G. vt si aliquis extraiudicialiter confessus fuisset, se credere legi Moysi, Vel quòd non credit legi Euangelicæ &c. Et affert *Glossam in L. Fulcinius §. quid sit latitare versiculo, Animus, ff. ex quibus causis in posses. eatur.* Sic etiam *Hector de Gnido de Confessione Iudiciali, & extra Iudiciali. p. 2. cap. 4. num. 28. Man-*

cini de Confeſ. *iudiciali, & extraiudiciali. c. 3. art. 2. n.* 20. vbi affert *Angelum in L. prima. num. 6. verſ. & vbi delictum. Dominus Traſmiera dic. qu.* 15. *num.* 18.

11 Probatur verò concluſio, quia hereſis crimen intellectu, & voluntate conſumatur, vt *Calderinus in* Conſil. 5. *num.* 2. *de hæreticis, & Ioannes Nicolaus Arelatan. in notabili ſuo.* 9. *n.* 2. Sed voluntas probatur per verba, quæ ſunt animi paſſionum notæ, ex *Ariſtotele primo Peribiermenias*, quem citat *Baldus in L. de quibus ad finem* C. *de Legibus.* Ergò talis præſumitur eſſe vovoluntas illius, qualem verba prolata indicant, *L. Labeo ff. de ſuppell. L. Gloſſ in L. fulcimus. § ſed is, qui, verſ. Animus, ff. ex quibus cauſis in poſſeſſ. eat. Barthol. in. L. ſine lectione ſub. n.* 3. *ff. de lege primo.*

12 Adde quòd in dependẽtibus ab animo, & voluntate alicuius, ſufficit Enunciatio illius, & ex enunciatione inducitur plena probatio enunciati, etiam, quòd de enunciato alitèr non conſtet: & per indè enunciatum accipitur, ac ſi tũc dictum fuiſſet. *Bart. & alij in L. Gerit. num.* 14. & 15. *ff. de acquirenda hęredit: & in L. Iulius, § cum qui, ff. de* Conſtit. *per Iaſon in L. Ex his verbis, col.* 2. *verſ. eſt limitat.* C. *de in officio text. in authen. ſi quis in aliquo.* C. *de Eden. Felinus in cap. ex par. E. L. primo, col.* 5. *de reſcript. &c.* Vide *Triuiſanum decis. cit.*

13 Dicendum ſecundò, quòd qui per Confeſſionem extraiudicialem gloriatur, ſe plura ſortilegia exercuiſſe, & conſtat de ſola iactantia,

tan-

tamquam mali gloriator, ob hoc solùm grauiter debet puniri. *Text.* est *in capite quàm sit graue, de excessibus prælat. vbi Canonistæ. Abbas cap. olim, num. 9. de rescript. & ibi etiam Felinus. num. 7. idem Abbas cap. At si Clerici. num. 16. de Iudit. in cap. de hoc. num. 7. de Simon. Hector de Guido, loc. cit. cap. 4. num. 26. Barbosa in dicto cap. quàm sit graue. num 5. alios referens, Dominus Trasmiera dicta. quæst. 15. num. 15. Carena p. 2. tit. 12. §. 31. num. 259. Addunt* tamen citati Doctores, quòd huiusmodi reus puniri debet extra ordinem, & Iudicis arbitrio, pro qua re *Hector de Guido affert Marsil. de Minore num. 32. ff. de quæst. Menoch. de arbit. Iudicis, casu. 331. Baiard. ad Clarum. quæst. 55. n. 3. in fine.*



DE SPONTE COMPARENTIBVS & tempore gratiæ.

Caput XXXX.

1 Quoniam Dominus,& Saluator noster Iesus Christus dixit *Ioan. 6. Eum,qui venit ad me,non eijciam foras*. Iustum, & Congruũ est, vt Sancta Mater Ecclesia eius Sponsa eos, qui ad Christum, & eius fidem redire voluerint, foras non eijciat, nec claudat gremmium ad ipsam redeuntibus; ideò inSacro Tribunali S S. Inquisitionis spontè comparentibus venia vltrò concedi solet, & tempore gratię hereticis redeuntibus impunitas non denegatur. Propterea hìc de Spontè comparentibus, & tempore gratiæ aliqua considerare, opus esse duximus.

2 Quòad primum igitur, Spontè venire ille dicitur, qui infra rempus gratiæ, inditijs non præuentus, coram Inquisitoribus fidei comparet, errorem suum detigit, plenam de se,ac de alijs veritatem dicit,ac de suis delictis humilitèr

ve-

veniam petit. Colligitur *ex Guidone Fulcodio in Constitut. ad Inquisitores qu. 2. apud Pegnam 3. Part. Directorij comment. 12 versu, Infra quod tempus &c. & ex Concilio Bitterensi cap. 2.* Colligitur etiam *ex L. Sponte de muneribus, & Honoribus L. Quarta. §. fin. C. de Sichar. L. secunda. C. de bis, qui latrones occul.* Sequuntur *Archidiaconus, & Ioannes Andreas in cap. V t commissi, verb. Obedientes de hereticis in 6.* & idem testatur *Pegna* rescripsisse *peritos Auinionẽses, responso quodam super varijs dubijs circa Inquisitionem, edito anno Domini* 1235. sic etiam *Farinacius de heresi, quaest.* 193. *num.* 28. *Sousa lib. 4. in Aphoris. Inquisitorum cap.* 8. *n.* 8.

3 Quàm autèm gratiam consequantur Spontè venientes, docet *Concilium Bitterense cap.* 2. *bis verbis. Venientes poenitentes, & dicentes plenam de se, ac de alijs veritatem, habeant impunitatem Mortis, immurationis exilij, & Confiscationis bonorum.* Quòd etiam in Inquisitione Hispanica seruari docet *Simanchas tit.* 44. *n.* 3. *ex quadam instructi ne Hispalensi. cap.* 3. *&* 7. & adducit etiamo *cap. Vergentis de hereticis, & Hostiensis in Summa tit. de hereticis col.* 2.

4 Spontè Venientes hæretici, & si benignè tractentur, non tamen omnem pœnam euadunt, sed pro qualitate personarum, & criminum Inquisitorũ arbitrio: vel mulcta pecuniaria puniendi sunt, aut eis imponitur, vt Eleemosinam largiantur, seu alia huius generis charitatis opera præstent. *Pegna dicto Comment.* 12. *vers. Non tamen Spontè.*

De-

5 Debent etiam hæretici spontè comparentes abiurare formaliter heręses, quamuis in hoc casu non publicè, sed secretè abiuratio sit imponenda. *Simanchas de catholicis Institutionibus tit. 1. rubr. de abiuratione. n. 24. Vmbertus Locatus in Iudiciali Inquisitorum, verbo, Ordinat. num. 2. Ioannes Royas de hæreticis p. 2. assert. 27. num 272. Farinacius de hęresi quæst. 194. Carena tit. 18. §. 2 num. 9. in. 2. par. Repertorium Inquisitorum in verbo, Occulta, & in verbo, Misericordia*; vbi affert Instructionem Inquisitionis, hac de re.

6 Necessariò debent etiam tales spontè cōparētes, vt beneficio gratiæ gaudeāt, plenè tā de se, quā de alijs confiteri, aliàs habendi sunt tamquam diminuti confitentes; ita colligitur ex *Concilio Bitterensi, apud Pegnam dicto Comment. 12. vers. Magnam veniam, ex illis verbis Concilij. Infra quem terminum venientes, pœnitentes, & dicentes plenam de se, ac de alijs veritatem, habeant Impunitatem, &c. Sousa in Aphoris. lib. 4. cap. 8. num. 4.* Ratio est, quia non est iudicandus verè contrictus, & ex corde reuersus ad fidem, qui plenè non confitetur, & dimidiam vult sperare veniam

7 Animaduertit prætereà *Pegna dicto Comment. 12. vers. idquoquè diligenter*: quòd hoc beneficium gratiæ, collatum spontè venientibus non tribuitur illis, quibus aliàs huiusmodi gratia iam facta fuit. Colligitur ex supra dicto *Concilio Bitterensi in illis verbis: assignato eis termino competenti, quod tempus gratiæ vocare soletis;* qui-

quibus tamen aliàs huiusmodi gratia non est facta Sed nihilominus addit *Pegna*, ijs etiam, quibus aliàs hoc beneficium est tributum, aliquid est condonandum.

8 Animaduertit etiam *Farinacius qu. 193. n. 28 vers. & scias &c.* Quòd quandò admittitur & dimittitur aliquis pœnités spóté se deferés Sãcto Officio, solet in absolutione apponi clausula dummòdo Inditijs præuentus non sit.

9 Hinc oritur difficultas primò, an dicatur spontè comparere, qui inditijs præuentus, in Sancto Officio comparet non citatus, nec vocatus, &c?

Et respondetur cùm distinctione, vel enim iste hæreticus scit, vel suspicatur se præuentum & sic metu probationum in Sancto Officio comparuit, & confessus est; & in tali casu pro spontè comparente non habetur: licèt mitius sit tractandus *cap. estote misericordes de regulis Iuris, Locatus post. Iudicial. Inquisit. Inter casus Decisos Placentiæ, casu. 7. Farinacius loc. cit. n. 28. 36. & 37. Sousa lib. 4. cap 9. n. 4.*

Si verò Inditiorum constiterit eum conscium nequaquam esse, gaudet beneficio spontè comparentium. *Ita Farinacius loc. cit. Sousa dict. cap. 9. n. 2. Carena tit. 17. cit. §. 1, num. 2.* quia spontè, non coactus venire videtur. An autem iste comparens conscius fuerit se præuentum, vel ignorauerit, arbitrio Dominorum Inquisitorum, perpensis omnibus circumstantijs, Iudicandum relinquitur.

10 Secunda difficultas adhuc potest esse, an

etiam

etiam comparens non citatus, nec vocatus, tamèn prœuentus quoad aliquas E.G. blasphemias, si etiam alias, de quibus nullo pacto est inditiatus, fateatur. an quo ad has pro spontè comparente sit habendus.

Respondetur pari ratione, qua supra; si enim dubitat, se quo ad illas esse preuentum, non habetur pro spontè comparente; si verò scit se non preuentum, videlicèt quia asserat se solum nullis presentibus, illas blasphemias protulisse; tunc ille pro spontè comparente videtur habendus; quandoquidem quo ad has blasphemias non est inditijs præuentus, nec de eis poterat iuridice interrogari, iuxta ea, quæ tradit *Pegna p. 3. comment.* 18. *sub littera* B. vbi quòd rei nō possunt interrogari, nisi de his, de quibus sunt inditiati

11 Dubitari hìc iterum potest, an hereticus relapsus, si à nemine adhuc deprehensus, sponte veniat, ac errorem plenè confiteatur, erit sibi mortis pœna remittenda, & benefieio spontè comparentium gaudere debeat? Negatiuè respondet S*imanchas de catholicis Instit. tit.* 57. *n.* 21. *& sequentibus*.

Sed tamèn contraria sententia benignior amplectenda est; relapsum ad pœnitentiam esse admittendum, ac pœnam mortis esse illi condonandam. *Ita Alphonsus à Castro de iusta hæreticorum punitione lib.* 2. *c.* 2. *Pegna dicto Com.* 12. *versu, sed quid relapsus: Farinacius qu.* 193. *num.* 36. Probat *Pegna*, quia in hoc casu, cessat sinistra illa suspicio, qua relapsi censentur fictè con-

conuersi; cum se ipsos pœnitendo deserant, & veniam postulent. Nititur etiam *Pegna* hoc probare ex verbis *Concilij Bitterensis*. Verùmtamèn anim aduertit, tutissimum esse in hac re, vt priuati Inquisitores Supremum Senatum Sãctæ Inquisitionis consulant.

12 Hæc tamèn, intelligenda sunt cum limitatione, vbi relapsus verè esset sponte comparens: secùs verò si metu probationum in Sancto Officio comparuisset; quia videlicèt illi innotuit, quòd aliquis erat eum denunciandus, vel inditijs erat præuentus: quandoquidem tunc relapsus nequaquàm est ad Misericordiam recipiendus. *Decianus lib. 5. tract. crimin. c. 56. n. 12. post Alphonsum à Castro in loco per eum relato Farinacius de hæresi qu. 193. n. 37. Paramus de Origine Sanctæ Inquisitionis lib. 3. quęst. 4. rubrica de forma, & ordine Iudiaciario S. Offic. n. 12.*

13 Quæ de hereticis sponté comparentibus dicta sunt, eodem ferè modo proportionaliter sentiendum videtur de suspectis de heresi, & pari ratione cum eis proceditur in Sancto Officio Inquisitionis; vt si committens facta hereticalia, dicat se non credidisse, ita faciendum esse, sed fidem in corde retinuisse, cogendus est abiurare secundum modum suspicionis, & aliæ pœnitentiæ salutares illi imponuntur, vt docet *Pegna ad Directorium Inquisitorum p. 2. com. 59. versu, sed videamus.*

14 Quo ad tempus gratię verò, secundum Canonistas gratiæ tempus est quoddã temporis spa-

patium, infrà quod reuertentibus ab hæresi, seu Apostasia ad fidem Catholicam, aut contra illam peccantibus, & sponte confitentibus delicta sua, magni momenti immunitates conceduntur. *Concilium Bitterense*; *cap.* 2. *Guido Fulcodius in responsione ad consultationes Inquisitorum*, quos refert & sequitur *Pegna de tempore gratiæ, cap.* 1. *Sousa in Aphoris. Inquisitorum lib.* 4. *c.* 1. *n.* 3.

15 Hoc autèm tempus gratiæ solus Summus Pontifex, iure proprio, concedere potest; cum sit supremus Iudex in crimine heresis, supremamque potestatem habens supra ius positiuum; quandoquidem pœnę iure canonico, aut consuetudine ecclesiastica contra hæreticos latę sũt. *cap. ad abolendam §. illos de hæreticis, cap. super eo de hæreticis in* 6. ergò nullus præter Summum Pontificem remittere potest huiusmodi pœnas, & tempus gratiæ concedere. *Sousa lib.* 4. *cap.* 3. *n.* 1. *in Aphor. Inquisit. Carena par.* 2. *titut.* 18. *§.* 4. *num.* 27. Ex quo patet, quòd tempus gratiæ, ex Sedis Apostolicę benignitate, primò incæpit, quę iuris seueritatem, mitiore iure inspecto, aliquandò moderatur. Ita *Pegna de tempore gratiæ cap* 6. *Sousa loc. cit. c.* 4. *n.* 4.

16 Sed quæri potest, in quibus casibus tempus gratiæ concedi consueuit? Et verò, vt ex Doctoribus colligitur, primò quandò in aliquo Regno, Prouincia, vel Diœcesi Inquisitionis Officium de nouo instituitur, antèquam in particulari contra aliquem procedatur, tempus gratiæ conceditur. Ita *Eymericus in Direc.* 3. *par. n.* 52. &

52. & 53. *vbi Pegna comment. 12. num. 56. vers. sed animaduertant.* Et *de tempore gratiæ cap. 7.* vbi pro hac re refert *Concilium Bitterense. Sousa loc. citat. capit. 5. num. 1. Carena §. 5. citat. num. 28.*

Tempus item gratiæ secundò concedi solet, si in aliquo Regno, vel Prouincia, vbi iam Inquisitionis Officium introductum fuerat, & ob aliquas causas intermissum, de nouo, & accuratè procedendum sit. *Albertinus in repetit. cap. 1. de heret. lib. 6. quest. 11. num. 4.* ex doctrina *Archiadiconi in cap. vt commissi. verb. obedientes de haeretic. in 6. Pegna de tempore gratię cap. 7. Sousa cap. 5. n. 2.*

Concedi debet etiam tertiò, tempus gratiæ, quandò aliquod Regnum, Prouincia, vel Ciuitas de nouo ad fidem conuertitur. *Pegna dict. cap. 7. Sousa loc. cit. n. 4.*

17 Cum in aliqua Ciuitate heretici clangulum multos catholicos decipiunt, & à vera fide diuertunt; tunc ad subveniendum deceptis, & ad componendam, & expurgandam Rempublicam, tempus gratiæ concedi potest. *Sic Cardin. Alban. in quadam instructione ad Fratres Prędicatores in Lombardia super modo procedendi contra hæreticos. Pegna de tempore gratiæ cap. 7. cit. Sousa c. 5. n. 3.*

18 Si alicui delicto contra fidem addatur noua pœna, eaque grauissima, videlicèt quòd illud perpetrantes, pro primo lapsu tradantur Curiæ Sæculari; concedi potest tempus gratiæ. *Pegna dict. c. 7. Sousa loco cit. n. 5. Carena loc. item cit.*

cit. Hanc pœnam posuit *Paulus IV. in quadam constitutione, quæ incipit: Cum quorumdam hominum prauitas, relata per Pegnam in fine Direct. inter litteras Apostolicas fol. mihi* 121. Contra negantes Trinitatem Personarum in Diuinis. secundò contra negantes Diuinitatem Christi Domini. Tertiò aduersus negantes Christum conceptum de Spiritu Sancto. Quartò negantes Christi mortem, vt nos redimeret. Quintò negantes Beatæ Virginis Mariæ virginitatem. Quamobrem tempus gratiæ trium Mensium idem Pontifex concessit, vt patet ex allata Bulla.

19 Non videtur sufficiens causa, regulariter loquendo, ad concedendum tempus gratiæ, multitudo populi contra orthodoxam fidem delinquentis. *Pegna de tempore gratiæ cap.8. casu* 5. Nisi ex concessione temporis gratiæ, maius bonum spirituale sequatur multitudini peccanti contra fidem, quam ex illius denegatione. Si tamen delictum magis nocet multitudini, quã scandalum, quòd ex punitione oriretur, concedi non debet, sed vltio est exhibenda. *S. Tho.* 2. 2. *quæst.* 108. *art.* 1. *ad* 5. *Felyn. in cap. Dilecti num.* 7 *verb. quòd autem de except Sousa dict. lib.* 4. *cap.*8. *n.* 5.

20 Aliud quæsitum est hac de re, quinam gaudeant beneficio temporis gratiæ, vel eo frui excludantur?

Et statuendum est, beneficium temporis gratiæ non esse concedendum illis, quibus iam fuit aliud concessum, cum hoc potius sit fauere pec-

can-

cantibus, quàm eos ad fidem reducere. *Pegna de tempore gratiæ cap.* 8. *Sousa in Aphoris. lib.* 4. *cap.* 7. *num.* 6. *Concilium Bitterense c.* 2. *Carena tit.* 18. *§.* 6. *n.* 19.

21 Non gaudent item beneficio temporis gratię, qui plenè delicta, ac delictorum tempus tam de se, quàm de alijs complicibus non confitetur. *Concilium Bitterense, vt supra de spontè comparentibus. Sousa loc. cit. c.* 8. *n.* 4. *Carena loc. cit.*

22 Debent spontè venire, qui frui volunt tẽpore gratię, ideò qui in particulari monitus, vel citatus, coram Inquisitoribus se pręsentet in tempore gratię, non dicitur sponte venire, ac proindè benificio temporis gratię non gaudet. Non tollitur tamen spontanea comparitio per monitorium generale, siuè generalem citationem, quæ publicè fit cum tempus gratiæ conceditur. *Sousa c.* 8. *cit. num.* 5. & 6. & affert *L. vlt. Cod. de his, qui Latron. occul. vers. Domini. Archidiaconus, & Ioannes Andreas in cap. vt commissi de hæretic. lib.* 6. *Pegna in Director.* 3. *par. comm.* 12 *vers. infra quod tempus gratiæ. Guido Fulcodius dict. quæst.* 2. *Farinacius de hæresi, qu.* 193. *§.* 1. *n.* 27.

23 Si quis autèm se pręsentet Inquisitoribus paulo post tempus gratię elapsum, dummodò res sit integra, nec Reus sit personaliter citatus, requisitus, vel inditijs pręuentus, non excluditur à beneficio gratiæ, ex pręsumpta benignitate Pontificis. Sic *Guido Fulcodius in respons. ad consultationem Inquisitorum quæst.* 2. *Archidiaconus,*

conus, & *Ioannes Andreas in cap. vt commiss. in verb. obedientes de hæret. lib. 6. Pegna de tempore gratiæ cap. 12. casu 1. ex L. mancipiorum ff. de Optione legis. Sousa cap. 9. num. 7. Carena dict. n. 19.*

24 Veniens non indiciatus post tempus gratiæ probans se iusto aliquo impedimento fuisse legitimè detentum, non excluditur à beneficio temporis gratiæ. *Pegna de tempore gratiæ cap. 12. Sousa dict. cap. 9. n. 13 Carena loco citato.* Impedimentum autem satis probatur per proprium iuramentum ipsius, præsertim si aliqua probatio facilè non occurrat. *Rota Decis. 3. de Iureiurando in antiquis. Bartholom. Roman. Alexander, & Iason. in leg. 2. §. quod diximus ff. si quis cautionibus.*

25 Ille, cuius delicta intra tempus gratiæ per aliorum confessiones innotescunt, si eodem tempore durante compareat, plenèque delicta sua confiteatur, non amittit beneficium gratiæ, sed spontè censetur venire. *Pegna de tempore gratiæ cap. 10. Sousa cap. 8. num. 9.* Aliàs restringeretur tempus gratiæ ad eos tantum, qui cum habeant complices, primò venerunt; & sic nullus quatumcumque voluntariè, & spontaneè veniret, esset securus, quòd consequeretur beneficium gratiæ, atquè id multos arceret á confessione delictorum, cum tamen gratia amplianda sit, non restringenda *Cap. odia, de regulis Iuris lib. 6.*

26 Relapsus spontè veniens tempore gratiæ, si non sit denunciatus, nec indicijs præuentus,

ad

ad beneficium gratiæ admittitur. *Pegna in Direct. in dict. comm. 12. vt supra.* Sousa *lib. 4. cit. c. 11. num. 1.*

26 Quod etiam extenditur ad relapſos fictos, illos nimirum, qui in primo lapſu iubentur tradi Curię Sęculari, de quibus *Paulus IV. in ſua conſtitutione ſuprà citata.*

27 Hæreſiarchæ, & Dogmatiſtæ, qui nullo modo præuenti ſunt inquiſitione, vel inditijs, ſi intra tempus gratię ſe preſentent Dominis Inquiſitoribus, oſtendentes veræ conuerſionis ſigna, frui poſſunt beneficio gratiæ. *S*ecus verò, ſi veræ conuerſionis, ac veræ pœnitentiæ ſigna non apparent. *Pegna de tempore gratiæ cap. 12 caſu. 4. Souſa lib. 4. cap. 10 n. 1. & 2. S*icut etiam Dogmatiſtæ, ſi relapſi ſint, raro vel nunquam concedendum erit eis beneficium temporis gratię. *S*ouſa *loco cit. n. 3.*



X 2 DE

DE REVELATIONIBVS

veris a falsis discernendis.

Caput XXXXI.

1 AD munus, & officium Dominorum Inquisitorum spectat reuelationes, & visiones examinare, ac veras à falsis discernere vt docet *Emanuel de Moura in opusc. 2. de Incantat. & in Psalm. sect. 1. cap. 3. num. 19. ex Richardo de Sancto Victore*, sequitur *Diana 4. par. tract. 8. resol. 125*. Ideò ad discernendas veras à falsis reuelationibus tria sunt examinanda. Primò, res reuelatæ. Secundò, circumstantiæ reuelationum, & apparitionum. Tertiò personæ quibus fit apparitio, seu reuelatio. *Delrius lib. 4. disquisit. magic. cap. 1. quæst. 3. Raphael de la Torre de Religione tom. 2. quæst. 95. art. 3. disput. 3.*

2 Quoad personam verò, cui fit reuelatio, considerandа est fides illius, an sit sincera, & catholica; vndè colligi potest reuelationem fictam dæmoniacam, vel saltèm non facilè creden

dam,

dam, si persona sit hæretica, infidelis, vel apostata à fide catholica. Ita *Delrius dict. qu. 3. sect. 2. vers. quoad personas. Sousa in Aphorismis Inquisit. lib. 1. cap. 39. num. 12. Dominicus Grauina in lib. ad discernendas veras à falsis reuelationibus part 2. lib. 1. cap. 3.* Vnde initio Ecclesiæ Cherintus falsas reuelationes finxit, & eas Apostolorum nominibus insigniuit, vt *Caius, & Dionysius Alexandrinus* tradiderunt, sic etiam *Marcus Magus, & Montanus*, fictas reuelationes diuulgarunt, vt Patres antiqui illius temporis scripserunt, *Euseb ius lib. 5. cap. 15. 16. & sequentibus.* sic etiam multi alij heretici, vt videre est apud *Delrium, & Grauinam.*

3 Secundò examinandum est si habens reuelationem sit arreptitius, phræneticus, aut furiosus; quandoquidem huiusmodi reuelationibus nequaquàm est credendum: nam multos delusos à quadã fœmina, scribit *Firmianus ad Beatum Cyprianum.* Hoc argumento *Miltbiades* probat prophetias Montani falsas fuisse: quia spontè incipiebat vaticinari, sed inuitus, ac furore, atque amentia correptus, pergebat. Sic; *Delrius loc. cit.*

4 Tertiò, considerandæ est morum integritas personę, an fidei sinceritas virtutib' sit ornata, an verò è contra vitijs deturpata. *I*deò non credendum reuelationibus superborum, ambitiosorum, carnalium, & hypocritarum &c. qui singularia quędam affectatæ deuotionis, & Pœnitentię signa per Superiores Ecclesiasticos non approbata ostentant.

5 Quartò consideranda est corporis constitutio,

tutio, nam si valetudo est parum firma, vel atrę-bilis abundantia laborat; is, cui fit reuelatio, si Vigilijs attenuatus, aut corporis inedia afflicta-tus, si sit cerebro lęsô, vel nimis apprehensiuus; tales enim etiam vigilantes putant se videre, au dire, gustare, quæ nec gustu, nec auditu, nec oculis percipiunt.

6 Consideranda quintò est ætas; nam si ad decrepitam ętatem declinat, delirij periculum est; si puerilis fuerit ætatis, potest ex leuitate, & morbo imaginoso reuelatio oriri: quandoquidem pueri humidiore sunt cerebro, & vaporibus pleni, & facillimè commouentur.

7 Sextò, animaduertenda est sexus differentia; nam plerumque mulierculę reuelationes habere solent, cuius rei tres causæ afferri solent; vt docet *Simanchas de catholicis institutionibus tit. 21. num. 25.* Prima, quia fœminę naturæ humidioris, & viscosioris sunt, quàm viri. Humidum verò facilè commouetur, ideò mulieres aptiores sunt ad figuras, & impressiones suscipiendas, atque citius imaginantur. Secunda, quia mulieres minus prudentes sunt; quamobrèm cum fingantur eis vanæ species, falsę apparitiones, atque illusoriæ visiones; fortitudinem, aut constantiam ad resistendum, & respuendum non habet. Tertia, quia mulieres magis quàm viri affectibus abundant: & vt *Aristoteles tradit lib. de Somno, & Vigilia:* hi, qui sunt in passionibus, ad modicam similitudinem mouentur. & facilè credunt, id esse verum, quod illis ita esse apparet; quod non ignorantes Dæmones frequentius fœminis, quàm

quàm viris vanas, & illusorias reuelationes suggerunt, sic *Bartbol. Sybill. in Specul. Peregrin. quæst. decadis* 1. *cap*. 8. *quæst*. 2. *Delrius loc. cit. sect*. 3. *Grauina par*. 2. *lib*. 1. *cap*. 1. *Torre dispu*t. 3. *cit*.

8 Considerandi sunt septimò, mores personæ, an perfectioni euangelicæ incumbat, an in spirituali exercitatione veterana, an verò nouitia tantum: Vtrum aliàs eam Diabolus decepe rit, aut decipere nixus sit. sic *Delrius dict. quæst*. 3. *sect*. 2. *Torre dicta disput*. 3. *Sousa lib*. 1. *cap*. 39. *n*. 12. *Grauina loc. cit. lib*. 1. *cap*. 16.

9 Ex parte verò ipsius reuelationis, vel rerum reuelatarum cōsiderandum primò est, qualis sit illa reuelatio? an sit sapiens visio, & conformis sapientię, quæ de cælo est, si hominem humiliorem & mansuetionem reddat, quàm sine reuelatione; si instigat ad virtutes? Quòd si auaritię, aut libidinis, vel dominandi ingerit appetitum; proculdubio à carne, vel Dæmone procedit. Aut si suadeat aliquid falsum, vt potè contra fidem, Sacram Scripturam, traditiones Ecclesię, sacros Canones, Concilia, Leges diuinas, aut Ecclesiasticas, sinè dubio Spiritus malignus immittit. *Delrius loc cit. sect*. 5. *Torre dict. disp*. 3. *Sousa num*. 6. *Grauina lib*. 2. *citato cap*. 5.

10 Ad hanc rem adduci potest factum memorabile, quod in hoc Siciliæ Regno accidit Anno 1635. vbi fuit quidam Carolus Taualora ex Vsumarso Calabrię Oppido approbatę Religionis Laicus professus, qui lusorijs Dæmonum re-

uelationibus deceptus, eò abductus est, vt hęresiarcha euaderet; quandoquidem se filium Dei, ac Messiam esse affirmabat, & quòd Christus solum Redemptor, non autem Messias fuerit; item se Saluatorem orbis futurum quoad efficaciam fatuè asserebat, eo quòd Christus solum quoad sufficientiam fuisset. Omnem statum ecclesiasticum ab eo renouandum, & reformandum affirmabat; nouas leges, ritus, & ieiunia ediderat; quas leges heresibus plurimis refertas propria manu, & diuersis characteribus scripserat; sicut etiam suum Euangelium cum narratione propriæ geneologię, atque officium de eo recitandum in hac noua lege conscripserat; Scripturas varias ad sua commenta adaptabat, & vbi in sacris litteris de verò Messia Christo Domino fit mentio de se ipso loqui, & non de Christo autumabat; Miracula plurima se perpetrasse & exhibiturum iactabat. Quamobrèm ad Sanctissimę Inquisitionis Iudices delatus, comprehensus est, & ibi per quinquennium ferè auditus, examinatus, & monitus, nequaquàm ad sanam mentem, & ad veram fidem catholicam redire voluit immò errores suos tanta contentione, & audacia defendebat, vt etiam dicere auderet, ad illud Tribunal à Deo missum fuisse, vt Dominos Inquisitores ad suam nouam legem amplectendam, & promulgandam perduceret. Erat is sensu quidem integro, quoad cerebrum pertinet, sed qui tales insanias, & nugas audiret non nisi eum mēte captum esset persuadere posset. Hinc multoties Qualificatores, & Theologi Sanctissimę In

qui

quisitionis, sicuti mos est, in hoc sacro Tribunali vocati sumus cum homine isto disputare, si fortè ad fidem, & mentem redire vellet; & tantùm abest, vt proficeremus, quòd coram Dominis Inquisitoribus, ignorantes nos vocabat, & quòd ipsi, & non nobis Deus locutus fuerit. Tamdem tamquam hæreticus pertinax, & obstinatus in publico spectaculo, & solemni actu fidei celebrato *Panormi Die 9. Septembris 1640. per Illustrissimos, & Reuerendissimos Dominos Don Ioannem de Torrezilla, Don Didacum de Trasmiera, & Don Consaluum Brauo, Curiæ sæculari* traditus est vltimo supplicio plectendus, & dum ad supplicium duceretur, pluuiam cælitus missam expectabat, vt omnem ignem extingueret, sicut illi Diabolus promiserat; sed vt Altissimo placuit, antequam vltimum cruciatum subiret, resipiscens se delusum à *Dæmone* fatetur, veniam petijt, & sua crimina confessus est, postea strangulatus flammis inijcitur, & in cineres est redactus.

11 Altera animaduersio ex parte etiam ipsius reuelationis est, si in visione, vel reuelatione suadêtur aliqua contra virtutes, aut si persuadendo aliquod bonum, simul, aut successu temporis aliqua misceantur impia, vana, & inutilia: vel si excitat ad opera egregia, quandò sunt perfectorum impeditiua; aut non congruunt professioni, officio, & conditioni personæ, cui fit reuelatio; vel si moueat ad singularia, & extraordinaria ieiunia, orationes, & ceremonias singulares; ita *Delrius loc. cit. sect. 5.* vbi plura refert exempla. *Torre dict. disp. 3. Sousa loc. cit. num. 7.*

Ex

12 Ex parte denique circumstantiarum, obseruandus est primò finis, si reuelationes, & apparitiones absque necessitate euulgatur, & propagantur, vt si causa non est Spiritualis, sed temporalis, & propria, vel curiositas, leuitas, vanitas, cupiditas, auaritia, ambitio &c. aut si reuelata non eueniant, præsertim quę erant vtilia, & bona, inditium est reuelationem à Dæmone fuisse. *Delrius dict. qu. 3. sect. 6 vers. primò occurrit. Torre disp. 3. cit. Sousa num.* 10. *Grauina par. 2. cit. lib. 1. cap.* 18.

13 Obseruande secundò sunt cogitationes, quę reuelationem præcesserunt, vel subsecutæ sunt: nam si quando aliquis prauis cogitationibus vexatur, statim ei fit reuelatio, vel si ad reuelationem praua desideria subsequantur, præsertim si in ipsa pugna cum prauis tentationibus non appareat perfecta victoria, ex parte voluntatis resistentis, indicium est, reuelationem esse illusoriam; quandoquidem Spiritus Sanctus, & vera reuelatio non accedit ad animum prauis cogitationibus refertum; & ad ueram reuelationem semper bona desideria, & affectus boni subsequuntur. *Delrius dict. sect. 3. vers. secundò discutiendæ. Torre disput. 3. cit. Sousa num.* 9.


14 Discutiendum est tertiò, an lætitia, quæ initio apparitionis mentem demulserat, postea in horrorem, aut merorem vertatur: vel si horror, & timor, qui à principio mentem inuasit, sensim non amoueatur, hęc falsę reuelationis indicia sunt; nam diuina consolatio initio quidem hominem perturbat, & horrorem

in-

inducit, sed postmodum hac molestia, & animi anxitate depulsa, dulcedinem quamdam internam perfundit. *Delrius dict. sect. 6. vers. quintò aduertendum. Torre dict. disp. 3. Sousa n. 8.*

15 Considerandum, denique quartó, si apparitio fiat in forma bestiarum, & monstruosa; vel si fiat in forma humana non sit formosa, & benè formata: sed aliqua in ea cernantur deformia, vt si corpus sit tetrum, fœtens, gibbosum, occuli flammantes, vel in speciem nigri Æthyopis. sic *Delrius dict. sect. 6. vbi plura de hac re edoctè docet. Torre dict. disp. 6. Sousa lib. 1. cit. c. 39. num.* 11.

FINIS



ATquè hæc ad gloriam Dei optimi, & laudem Gloriosæ Virginis Matris Mariæ. Profiteor tamen in omnibus eum sensum te-

tenere, quem Sancta Romana, & Catholica Mater Ecclesia amplectitur; & docet; à cuius vera doctrina, & catholicis dogmatibus nullatenus deuiare intendo, sed in omnibus eius iudicio me subijcio.



FINIS



INDEX

INDEX RERVM OMNIVM, QVAE IN HOC OPERE CONTINENTVR Copiosissimus.

Primus numerus folium, Secundus verò numerum marginalem ostendit.

Abiuratio

Absolutio

Aco-

Aeoromantia.

Angelus

Ani-

Anima

Apoſtata & Apoſtaſia

Ars

Ars Notoria

Astra, Astrologia

Aruſpicium

Baptiſmus

Blasphemia

Breuium Geſtatio

Bulla Cœnę

Campana

Canonizatio, & Beatificatio Sanctorum

Cathecumenus.

Catholica Veritas.

Carcer.

Caro.

Censura.

Cen-

Chiromantia

Cir-

Circulus.

Concilium.

Concionator.

Con-

Confessarius Solicitans.

Anima

Apostata & Apostasia

Ars

Ars Notoria

Astra, Astrologia

Y *Est*

Aruspicium

Baptismus

Blasphemia

Breuium Gestatio

Bulla Cœnę

Campana

Canonizatio, & Beatificatio Sanctorum

Cathecumenus.

Catholica Veritas.

Carcer.

Caro.

Censura.

Cen-

Chiromantia

Cir-

Confeſſarius Solicitans.

Confesſio extraiudicialis.

Confiſcatio.

cor-

Correctio fraterna.

Credere

Crux

Dæmon

Defensores Hæreticorum

De-

Denunciatio

Diuinatio

Du-

Edictum Inquisitorum

Episcopus

Eucharistia

Excommunicatio, vide Censura.

In

Fautores Hæreticorum

Fides

nica-

Filius

Fuga

Geomantia

Quæ

Hæresiarcha

Hæ-

Hæresis

He-

Hæreticus

Hoſtia

Hydromantia

Iactantia

Idolatria

Igno-

Ignorantia

Imago Sacra

Infidelis Infidelitas.

Inquisitor.

Irregularitas.

Iudaimus, & Iudæi.

Lamiæ vidæ Striges

Libriti prohibito.

Re-

ti-

Magia.

Magi.

Maleficium.

te-

Matrimonium. vide polygamia, & Religiosus.

Missa.

Necromantia, & Necromantici.

Obseruantia vana.

Va-

Pactum.

Polygamia.

Prælati Regulares.

Præstigium.

Propositio.

Pro-

Protestatio.

Pyromantia.

Pythones.

Qua-

Qualificatores

Relapsus.

Re-

Religiosus.

Reuelatio.

Ritus Ecclesiastici.

Sacerdos.

*S*agæ.

Scriptura Sacra.

Somnium

Sortilegium.

vt

Spontè Comparens.

Striges.

Cc Super

Superstitio.

Suspicio hæresis.

An

Tempus Gratiæ.

Testis.

Tortura.

Traditio Apostolica.

Vxor.

FINIS.

ER-

ERRATA SIC CORRIGE

fol. 3. n. 7. lin. 2.	de bene	debere
fol. 8. n. 6 lin. 22.	Nabonensi	Narbonensi
fol. 10 n. 9. lin. 9.	Contemnit	Contendit.
fol. 13. n. 8. lin. 2.	Apostandum	Apostatandū
fol. 15. n. 6. lin. 4.	sęcolari	seculari.
ibid lin. 12.	contemnit	contendit.
fol. 20. n. 1. li. 4.	occultas	occultos.
fol. 21. n. 2. li. 17.	cruciatu	cruciatus.
fol. 22. n. 5. li. 4.	punire	puniri.
fol. 23. n. 6. lin 6.	delinquères	delinquentes
ibid n. 6. lin. 9.	in hæresis	ab hæresis
ibid. lin. 7.	pręteſtu	prætextu
fol. 25. n. 12. lin. 5.	probatus	probatur
fol. 26. n. 14. li. 4.	edita	editam
fol. 27. n. 16. lin. 5	instıtutus	institutum
fol. 32. n. 27. li. 1.	ab irregularitate	in irregularitate
fol. 36. n. 6. lin. 6.	ad baptiſmum	ac baptiſmum
fol 47. n. 8. lin. 1.	Ignoranti	Ignorantiam
fol. 48. n. 9. lin. 4.	tum	tunc
fol. 51. n. 4. lin. 5.	multa	mulcta
fol. 52. n. 6 lin. 7.	Religijnis	Religionis
fol. 53. n. 8. lin. 2.	piædicauerit	prædicauerit
ibid n. 11. lin. 3.	peccacorem	peccatorem
fol. 54. n. 14. lin. 3.	chomeatu	comeatu
fol 59. n. 4. lin. 13.	qui	quia
fol. 61. n. 10. lin. 1.	distinguatur	distinguitur
fol. 67. lin. 1.	delegatis	delegati
fol 68. lin. 1.	contemptum	contentum
ibid n. 3. lin. 3.	uniuersalis	vniuersali
fol. 85. n. 1, lin. 1.	illata	in lata
fol. 87. lin. 4.	Aurusp̄ices	Aruſpices

fol.

fol. 98. li.4. ij is
fol. 103. n. 8. li. 1. qræſumitur preſumitur
ibid. li. 2. puæritur quæritur.
fol. 103. n. 1. li. 3. tex manteius tes manteias.
fol 117. n. 4 li. 3. Sixta Sixti
fol. 122. n. 1. li. 3. Sumitut Sumitur
fol. 124. n. 1. li. 12 Delcium Delrium.
fol. 125. n. 2. li 7 ſcientia Scientiam.
ibid. li. 8. lingua linguam
fol 147. n. 6. li. 1. Maleficio malefico
fol. 150. n. 3. li. 2. hæreſim hæreſis. (neſariæ.
fol. 152. n. 1. li. 1. Malefica nes fariæ maleficas
ibid. n. 1. li. 14. Sriges Striges
fol. 153. n. 2. li. 15. Matiam Mariam
fol. 157. n. 8. li. 18 Conſtari Conſtare
fol. 161. n 6. li. 12. Cōmuniorì Cōmunioni
fol. 167. n. 2. li. 5. Pōtificabilibus Pōtificalibus,
fol. 168. n. 1 lin. 4. tyrannadis Tirannidis.
fol. 169 n. 4. lin. 6. familiariad familiaria.
fol. 172. n. 1. li. 4 Maeſtati Maieſtati
fol. 176 n. 1. lin. 6. proferr profert.
fol. 180. n. 1. li. 12. Gregori' XV Gregori' XIII
fol. 181. n. 3. li. 2. petipetrauerint perpetrauerint.
fol. 285. n. 13. li. 8. carathire Charactere.
fol. 196. n. 16. li. 12. tibi ibi.
fol. 199 li. 14. pēpetrari perpetrare
fol. 201. n. 2. li. 4. ſamaritati Samaritani
fol. 202. li. 4. perpetrari perpetrare
fol. 209. n. 1. li. 1. ob Inquiſitor. ab Inquiſitorib'
fol. 224. n. 8. lin. 4. defferendo differendo
fol. 225. n. 13. lin. 4. naturale naturalem
f. 234. n. 9. l. 10. Gregorius XXIII Gregorius XIII
fol.

fol. 246. n. 1. lin. 7. combuserunt combusserunt
fol. 249. n. 7. lin. 1. vanam vnam
fol. 255. n. 20. lin. 3. ibrorum librorum
fol 275. n. 7. lin. 11. Brixisæ Brixiæ
fol. 378. n. 3. lin. 2. *dele* discerni
ibid. lin. 4. post alijs, *adde* discerni
fol. 287 n. 9. li. 12. intepetrantur interpretantur
fol. 288 n. 11. lin. 1. Ignarantia Ignorantia
fol. 308. n. 9. lin. 11. fateatetur fateatur
fol. 310 n. 11. lin. 10. fulcimus fulcinius
fol. 313. n. 3. lin 10. Hostionsis Hostiensis
fol. 316. n. 10. lin. vlt. Inditias inditiari
fol. 317. n. 12. li. 5. denunciandus denunciaturus
ibid. n. 14. lin. 2. tempu tempus
fol. 318. lin. 2. fuel vel

LAVS DEO B. M. V.

